eſt mors. Vñ uulgaris illa multorꝝ opinio, Inexplicabilem quia incõparabilem dolorẽ eſſe dolorẽ fracti cordis. Hinc frater Ioannes Aquiſgrani, tã plenis & immoderatis ꝟbis, auxit illius dolorẽ, ut ſuo mẽdacio reſuſcitatũ induceret, aſſerentẽ ſe malle oẽm purgatorij penã, imo inferni penã uſqꝫ in nouiſſimũ diem ꝑferre q̃ denuo mori. Nõ aduertũt incõſiderati iſti cũ talia dicũt, Somnũ epilentiã letargũ, ſomnum ꝓfundũ cõgelationẽ apoplexiam, nõ ſolũ indoloroſa eſſe ſed animo īſenſibilia ꝓpter opilationẽ ſenſitiui primi. Hoc ſi ita eſt, imo quia ita eſt, & lege naturæ aliter eſſe non poteſt. Nulla uel exiguo dolore ſenſibilis eſt, quia non ſolius primi ſẽſitiui oppilatio añ mortẽ, ſed oĩm organorꝝ corporaliũ cõplexionalis deſtitutio ſeparationẽ aĩæ añcedit. Nullũ igiẽ dolorẽ anima morientis ꝑſentit. Si ꝟo de ſubitatione nouitatis loquimur, qua moriens, mox in illã lucẽ inſolitam ſibi cognitionẽ dico mentalem intuitiuã quã oẽs animæ morientiũ accipiunt eo ipſo inſtãte ſeparatiõis ab re dolorẽ uocamus, cũ dolor nõ cõtingat in cognitiõe intellectiua, ſed in tactu tm̃. Fortaſſis merorem aliqui patiunẽ, dolorem nõ ita. Iam facile de ꝟbo Ariſto. liquet, quõ accipiendũ liquet quoſdã terribiliũ ſuorꝝ per mortẽ exitũ quærere. His mors pro aſilo eſt. Sed ne forte Ariſtotelẽ nõ de inſipientibus locutũ. Nã Paulus inſipiẽs qñ cupiuit diſſolui & eſſe cũ Chriſto, qñ exclamauit. Infelix ego quis me liberabit de corpore mortis huius. Dicis fortaſſe locutũ ut ethnicum. Sed nõne ethnicus erat qñ ipſe ſeipm̃ in eſtuantẽ euripum p̃cipitauit, ſuorꝝ diſcipulorꝝ improperiũ, ipã morte magis terrentius ac ꝑ hoc terribilius ducẽs, magis ueritus eſt. Nõ igiẽ ſimpliciter uerũ eſt mortẽ oĩm terribiliũ terribiliſſimũ eſſe, Sed unicuiqꝫ ſui amoris iactura terribiliſſima eſt. Auaro pecunię, ambitioſo glorię iactura, crudeli potẽtię, ſapiẽti

Ania morietis nullũ dolorẽ ꝑſentit.

De morte ariſtotelis.

ſapientiæ iactura. Quiſq; quod amat, uitæ iactu redimere
parat. Solus eſt amor, qui ſapientũ & inſipientũ ſtudia ſecer
nit. Solus eſt amor qui cuiq; ſuum terribiliſſimũ p̄ſtituit.

¶ Mors eſt ſeruis dei ab exilio & multis
miſerijs ad patriam tranſmigratio.

Cum uenerit filius hominis & pulſauerit, cõfeſtim aper
riant ei. Beati ſerui illi qui uigiles & preſto parati obſerua
uerunt, non modo, ſed & deſyderauerunt, ſed expectauerũt
uenturum. His huiuſcemodi ſeruis, non ſeruis ſed amicis
mors non mors eſt, uitam adimens, cõmutatio eſt ab exilio
in patriam tranſmigrans, a tenebris in lucem, a luctu in le
ticiam, a lachrimis in gaudium, & a penuria & mendicitate
in opes ſuperbas & ſecuras. A latrocinijs, ſeruitute & miſ
ſeria ad exultationem feliciſſimi & deſyderatiſſimi regni.
Vt non ſolum in oculis dñi tam præcioſa munera per mor
tem conferentis, præcioſa ſit mors ſanctoꝝ eius, quin & in
conſpectu morientiũ ipſoꝝ, quibus mox ut ſtolam huius
mortalitatis, huius cecitatis, harũ tenebrarũ, huius infirmita
tis, uanitatis, uilitatis & calamitatis exuerint cõfidenter, &
btã ſpe ſitiẽtes ad uitę fõtes aq̃ꝝ ducet illos dñs deꝰ noſter.

¶ Mors nõ iã ſuppliciũ ẽ, ſed maximoꝝ bonoꝝ iſtrumẽtũ.

Si præcioſa in cõſpectu dñi mors ſctõꝝ eius, quãtomagis
ſanctificatoꝝ eius, ubi culpã remiſit pater. Si pena decreta
adhuc infligitur, nõ iam irati patris uirga eſt, ſed utilis medẽ
tis & miſerentis medicina. Mors Adæ præuaricatori infli
cta ad penã præuaricatoris, poſt ꝑfectã abolitionẽ (quam
etiã lex ꝓmittit) nõ iã ſuppliciũ eſt, ſed maximoꝝ bonoꝝ
queſtuoſum inſtrumẽtũ. Non ſolũ aũt mors, ſed & infirmi
tas & penuriæ, cõtra quæ militat uita nr̃a, quæ militia eſt
ſup terrã. Quod ſi uita militia, ergo in cõflictu, ergo in ex
ercitu, ergo ſub duce, ergo aduerſus hoſtẽ, ergo ad uictoriã.

Et ſi militia tota uita ſup terrã, ergo uictoria poſt uitã in fine uitę, imo in morte ipſa pcioſiſſimũ ſpectaculũ hui⁹ militię, qm̃ fortis ut mors dilectio. Et ppterea pcioſa i cõſpectu dñi mors ſctõꝝ ei⁹, quia fida dilectio in morte uictrix eſt. ¶ Velut ſeptẽ dieb⁹ ſeſe cõſequẽtib⁹ om̃e hoc euũ uoluit. Sic ſeptena ſeptẽ reꝝ neceſſario ſeſe cõſequentiũ cõſideratione, totũ pñtis nr̃i icolatus negotiũ aget, & ſi diliget cõſyderem⁹ ſalubrit aget. Vita em̃ nr̃a uoluit annua rotatiõe, q̃ niſi iteratis uicib⁹ ſuccedat, i infãtia abſcidat. Succedẽtes anni ſi nõ maturior ętas abrũpit, ſenectutẽ ducũt. Senect⁹ ꝟtutũ oim lapſu, morbos cõducit. Morbus, mortẽ ad uocat. Mors, indeclinabilem a dextris aut a ſiniſtris ſortẽ ſtatuit. Sors, q̃liſcũq; irrefragabilẽ iudicij ſentẽtiã expectat. Et ſententia ipa iudicis, indeclinabili executiõe uerificabit & cõfirmabit. Igit iuuenis & adoleſcẽs hęc futura, ſenex ſi pterita ptractet, facile uelut oculis ſp obiecta monimẽta ſapię iueniet, ſi tñ ſapia eſt, ſicut uere eſt libet de finib⁹ cogitare. Maior em̃ hęc Chriſtianoꝝ q̃ Philoſophoꝝ ſapia cẽſenda. Illi em̃ ſũmã philoſophiã putabãt aſſiduã mortis cogitationẽ. Nobis aũt mors p minimo eſt ppt maximas eas res q̃ traſacta morte incõparabilit maiore diſcrimine impẽdẽt. Nã ſi grãdiũ reꝝ ſuaꝝ neceſſari⁹ & utilis cogitat⁹ ſua cuiq; ſapientia eſt, q̃ maior ſapia cogitari poterit. Igit ut iugi mortis meditatiõe dũ uiuim⁹, q̃ pñtis uitę uoluptibilia ſũt & uana cõtẽnam⁹, & ꝟboꝝ bonoꝝ cõſideratiõe ac deſiderio iardeſcam⁹, rectũ, iuſtũ colam⁹, ut q̃ añ mortẽ ſctã ſors incipit, feliciter poſt mortẽ a dextris, decreto iudicis firmata, ppetuã cõſequat & ſors nr̃a btitudinẽ. Ad quã p Ieſum datũ uiaticũ, indicata uia & apta eſt ianua, ſanguine Ieſu ſolutũ ptiũ, cuius patrocinio, ſi uere illũ diligam⁹ dabit poſſeſſio.

Victrix in morte eſt dilectio.

Septẽ diebus euum uoluitur.

Memoria mortis q̃re frequẽtãda

¶ Efficax cogitatio mortis, fructũ magnũ facit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Frequenter igitur & efficaciter de morte cogitandum. Habet em̄ efficax cogitatus mortis fructum magnū. Quia ſeminarium oīm illoꝝ bonoꝝ, quem quomodocūq; felici tranſmigratione piorū cōqueruntur. Quę ꝑculdubio magna ſunt, ſi præcioſa ſunt in cōſpectu dn̄i, adeo ut illoꝝ eſtimatione, præcioſa ſit mors ipſa ſanctoꝝ in conſpectu dn̄i. Quid nō ergo etiam præcioſus cogitatus, & crebra præſmeditatio mortis, monens, urens, excitās, propellens, docens nō his tp̄alibus herere, ſed illo contendere, ubi certa, firma, fixa, eterna bona ſunt, & talia bona, quæ media morte petē da ſint ſapienti. Cōſiderādū ꝙ Spartiatarū & Philenoꝝ, & priſcorū Romanoꝝ ſententia contempſit.

ꝙ ſalubris mortis memoria.

¶ De magna fiducia in morte ad deū habenda.

Verum exili penitudine, omnia retroacti tp̄is damna reparantur. Magnum adhuc ſupereſt ruinæ leuamē. Bona uoluntas in futurum. Ad illam nō ſegniter cōfugiendum, quæ ſi multū uelit, omnia cōpenſat. O beatum uirum, cui preſto eſt bona uoluntas. Pax illi de celo per legatos angelos pacis mandatur. Quātūlibet igit̄ breue reliquum uitæ tempus, quātūlibet incerta hora mortis, quātumlibet certa mors. In te eſt Vveſſele, ut nihil horū formides, quæ terrent in morte. Mala quæ mortem præcedunt, Labor & moleſtia egritudinis, Anguſtia animi nolentis ſubire quod oportet, Auulſio amicoꝝ, Amiſſio uotoꝝ. Præterea quæ ſequuntur. Verendum iudicium, & exequenda ſententia. Horum plurima nō tam grauia perlatu, ꝙ terribilia auditu. Nam quæ maxima in his, ut iudicium & ſentētia, in noſtra ſunt poteſtate ut præueniamus & auertamus. Quia bona uoluntas pacatum habet iudicem, quia redemptorē priuſq̄ haberet bonā uolūtatē. Imo ſufficit fides in illū, & inuocatio nominis eius, & in nomine eius poſtulare patrem eius, &

In morte ſunt plurima, nō tam grauia pla tu, ꝙ terribilia auditu.

hoc ut ſaluus fiat, ſic tamen quaſi per flagella, ut uero ſine flagellis mox tranſeat ad palacium, opus eſt ut in illum confidat de bonitate eius. Præcedentes vero moleſtiæ ſi magnæ ſunt, ſolam pacientiam egrotãtis expoſtulant, a reliqua animi præparatiõe excuſant. Quod ſi nõ magnę, oportunitatẽ cedunt & locum dant, quo poſſit parare ſe in occurſum dei ſui. Et ſi quæ grandia hic deſeruimus, maiora illic expectamus. Quis ſcit ſi fortaſſis gratiam inueniam in oculis dei poſt mortem, cui tam benigne pepercit peccanti, tam dulciter reuocauit ab errore, tam ubertim ſubſidia cõtulit uolenti reuerti, forſitan & paterne recipiet reuertentem. Conſolatio in morte.

¶ Quãta incõmoda in longa ſenectute.

Hic autem diu manere multorꝫ malorꝫ timorem habet annexum. Primo quidem quod certum, eſt tibi effeta ſenectus, amicis moleſta, fortaſſis & ignominioſa. Quis em̃ ſenectutis aut incõmoda, aut errores & ſtulticias facile enumeret: pręſertim eorum, qui nõ bono more coaluerũt, ſed in obſcenis & uanis duxerunt dies ſuos.

Poſtremo quis ſcit quę noſtris, & patrię mala impendent. Nam ante hoc triennium, quis filiam ſuam quãtũlibet ſpecioſam uirginem in Colonia, aut Nucia febribus ſublatam planxiſſet: cuius turpiſſimam metuebat captiuitatem.

¶ Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes uiuificabuntur.

Mirabilis manus dei ſuꝑ nos. Primo quidem ſuper prę uaricatorem & omne ſemen eius graue iugum mortis impoſuit. Secũdo ſuꝑ filium obedientem & oẽs obtemperantes illi, per mortem, uitę poculum propinauit. Nam ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Et reum mortis, facinoroſum hominem, ac ſceleratum, magiſtrum ac ducem uitæ cõſtituit. Nam quis non de Chriſtꝰ latronẽ magiſtrum ac ducẽ uitæ conſtituit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Latronis exemplũ nobis imitandum.

ſua ſalute ſperet & cõfidat, ubi uiderit latronem cõfeſſione
proprij reatus, ꝓfeſſione integræ innocẽtiæ, poſtulantem
ſui memoriã habitũ iri, ꝑ mortẽ mox migraſſe ad regnum.
Itaq; nos ſi cõfiteamur noſtrũ reatũ, Chriſti innocẽtiam, &
inde permoti, petamus ut noſtri in regno ſuo meminerit,
proculdubio credẽtes & cõfitentes etiã ipſi per mortẽ intra
bimus ad paradyſum, & ſine flagellis medijs, ſic nõ quaſi per
ignem, ſed mox audiemus, Hodie mecum eris in paradyſo.

Per Ieſum, mors ianua uitæ facta eſt.

Per Ieſum mors paradyſi ad uitam ianua facta eſt. Et hanc
uiam, licet Ieſus aperuerit, tamen latro ingreſſus, ceteris ſup
plicij & reatus cõplicibus omnibus nobis magiſter impe-
trationis, & dux itineris factus eſt. Docet quibus ſalui ſia-
mus, puta ſi confiteamur noſtram nequiciam, & redempto
ris innocentiam. Docet item quo mox ad regnũ trãſeamus,
eiſdem eñ artibus nos quacũq; hora penitentes, confitẽtes
& cõfidentes tranſmigrabimus, quib' omni latrocinio pro-
greſſus & blaſphemia paulominus finiens, tribus tm̃ uerbis
de ſupplicio ad palacium cõmigrauit.

Mors ianua uitæ, ubi Chriſtus oſtiarius, & latro dux.
Quid uerebitur Chriſtianus? Dux ipſe ſuo exemplo plenã
fiduciam facit. Profecto admittet oſtiarius, quos ſuo ſangui
ne redemit, qui talem ducem non excludit.

¶ Oratio ad beatum Latronem.

Te ergo o felix Latro, per manum bonam dei ſuper te,
per miſericordiam quam inueniſti, in illa tua ſera peniten
tia, eſto mihi comes in illa extrema hora.

¶ Latronis theologia.

Quæ theologia Latronis? Nam ſuam malitiam con-
feſſus, ex altera Chriſti innocentiam, Chriſti regnum, Chriſti
miſerationem, Chriſti deitatem. Fortaſſis ſenſit dei in ho-
mines amorem.

Quam exigua cognitio atq; intentio ſufficiat credenti, penitenti, confidenti in morte ad ſecuritatem ſalutis, tanta quãta uel ad baptiſandum, uel ad conſecrandum.

Cognitio & intentio quãtaneceſſaria ad ſalutem.

¶ Quam magna ſpes hominibus bonæ, ſed infirmæ uoluntatis.

Non minus liberalis deus ex ſe iam natis filijs ad donandum petentibus, q filijs iræ reuerti uolentibus. Igitur Chriſtianus ſi affectu & intentione remiſſe ac frigide poſtulet ſapientiam & amorem dei, quæ tamen ſufficeret, uel ad conſecrandum, uel ad baptiſandum, conſtat quoniam ſimili inter orandum affectione impetrabit. Sepe nãq; interioris hominis diſpoſitio, eiuſmodi eſt, ſiue animi aſperſione, ſiue tẽtatione, ſiue occupatione, ut nõ facile feruentiorem affectum poſſit elicere. Cum multa igitur præſumptione confidenter orandum, confitendum, plangendum, laudandum, tametſi non ſemper extreme ſpiritus efferueat. Nam & ſedatas affectiones audit deus. Igitur & ille amor & illo gradu ſufficit. Imo credere ſufficit ad ſalutem. Confidere uero ad gratiam. Amare autem ad amplexum & gloriã.

¶ Magna conſolatio noſtræ puſillanimitatis.

Magnam puſillanimitati fidelium conſolationem præſtare debet uerbum illud ad Moyſen, Exodi ſeptimo. Educam exercitum meum populum meum filios Iſrael. Hic certo exercitus dei, de quibus poſtea, quod armati aſcenderunt filij Iſrael, tanquam ad grandem & ſtrennuam militiam conſcripti. De qua in canticis. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te. Et in eodem. Velut caſtrorum acies ordinata. Magna ſunt hæc præconia, ſi par ſit ſtrennuitas militum, & fida diligentia excubantium, ſedula uigilantium cuſtodia, ſtrennua pugnantium fortitudo,

Sed iſta qualis in populo fuerit a principio, in progreſſu, in fine, Si perſpiciamus, nō caſtra, nō militiã, nō excubias, nō certamen, nihil deniqꝫ dignum deo in populo illo inueniemus. Dux ipſe Moyſes octo uicibus trepidauit ſuſcipere ducatum. Aaron comes duci deſignatus, idolatriȩ miniſter fuit. Maria ſoror eoꝝ, cuſpide murmuris mulctata caſtris excluſa. Vniuerſus ille populus miſſis ſpeculatoribus credulus, incredulus uoci dei, obdurauit cor ſuum, exacerbans dñm. Et poſtremo Moyſes ipſe non fidelis repertus ad aquas cōtradictionis. Hunc talem nihilominus populũ, dignatur dñs deus, nō ſolum appellare, ſed & habere exercitum ſuum, nō quia pugnantem habet, ſed quem oppugnatũ protegit, Cui oppugnato, deus ipſe propugnat, ut uere dixerit Moyſes. Vos ſtabitis, & dñs pugnabit pro uobis. Vñ etiam Propheta. Non nobis dñe huius uictoriæ gloriam nō nobis, ſed tuo nomini da gloriam uictoriæ, quaſi diceret, Nos, quod ſalute coronamur, nō ex noſtro certamine, ſed tua nobis propugnãte fit & gratia, ut dona tua corones in nobis, nō merita noſtra. Quiſquis ergo infirmitatis & ignauiȩ ſuȩ conſcius, toto corde deſyderat non induci in tẽtationem. Quiſquis poſtulat ut a malo interioris hominis liberetur, gaudeat, tametſi nō ſe legitime certantem, aut ſtrẽnue in agone cōtendentem inueniat, & ſecurus gaudeat, ſciens, quia uere de populo dei eſt, licet nō de præſtantioribus in populo. Vere tamen de populo, uere de caſtris, uere de exercitu, uere miles, qꝫ diu corde non reuertitur in egyptum. Imo neqꝫ ſi ꝓpter laborem & tedium longiſſimi itineris retroſpiciat in Egyptum, propterea deſinit eſſe miles Chriſti, qꝫ diu non repellit protegentem, & contẽnit propugnantem ſibi deum, ut pro nihilo habeat terram deſyderabilem, & detrahat ei terræ quæ fluit lacte & melle.

Dominus non noſtra merita, ſed ſua dona coronat.

Tunc enim iratus dñs iurabit in ira ſua, nõ introituros eos in requiem. Non ſolũ em̃ qui tota mente cupit inuitãtem & uocantem deum ſequi educentem, de populo dei eſt, ſed omnis etiam qui uocantem, inuitantem, educentem, non tota mẽte repellit. Quiſquis ergo audit, credit, deſyderat, uellet eſſe bonus & fidelis miles, etiam hoc ei ad militiam dei putabitur, dũtaxat nõ ſibi ſordib⁹ ignauiæ ſuæ cõplaceat, qm̃ illic iter ad obdurandũ cor. Neq; deijciat ſiue cõturbẽt crebra uerba ſcripturę, qualia ſunt. Nemo coronabitur niſi qui legitime certauerit. Et itẽ. De omni uerbo ocioſo reddituri ſunt rationem. Hæc em̃ uerba magis ſunt ſtricti iuris & iuſticiæ, quæ deberet eſſe, niſi miſericordia ſinum ſuum laxaſſet & dilataſſet, quo omnis laus deo, nõ nobis tribuatur. Nam ſi noſtris meritis iuſtificaremur, debito nobis brauium daretur, & noſtra laus eſſet.

Cõſolatio nrę infirmitatis & puſillanimitatis.

verba ſcripturę quãta mia iterprætanda.

¶ De uerbis dñi in euangelio, Perfecti eſtote.

Tu dominator dñe pręcipis ut ſancti ſimus, quia tu ſanctus es, & perfecti ſimus ſicut tu pater noſter celeſtis perfectus eſt. Sed quis poteſt facere mundũ de immundo cõceptũ ſemine? niſi tu q ſolus mũdus es, Nõne tu deus creaturam ſubieciſti infirmitati, uanitati & uilitati, nec poſſit quiſq; uenire ad te niſi per te. Nemo em̃ uenit ad patrem niſi per filium, neq; ad filium quis uenire poteſt, quem non pater traxerit. Nec poteſt quis dicere dñs Ieſus niſi in ſpũ ſancto. Cur ergo tam formidabiliter præcipitur, quod cum in nobis non fit, exicialiter obauditur, & mortaliter contẽnitur. Niſi quia qui præcepit, cum iuſtus ſit, non obruere deſtinauit imbecillem infirmitatem, ſed inſuper cum pater ſit & pater miſericordiarum, licet occultã, certam tamen ſpem ſuggerit in mandatis. Quid em̃ cum præcepit mundos, perfectos, ſanctos, ac deo dignos eſſe aliud aduertenti & fideli

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ter aduerte dixiſſe uidetur, ꝙ ut uolenti parere uirtutē pro/miſerit omnia, & ſi non in hac erūnoſa & miſerabili uita, tñ aliqñ in terra uiuētium omnia ad integrū cōplenda felicia illa mandata. Illic eñ implebit nō fidelis ſeruus, nō beatus filius, ſed omp̃s pater in beato filio, ut fidelis ſeruus ingrediens in gaudiū dñi ſui, dñm deū ſuū ex toto corde, tota anima, tota fortitudine, totis uiribus diligat, amet, laudet, glorificet, benedicat pfectus illic & ſanctus, ut ſit deo ſuo dignus filius. Promiſſiones ergo potius ſunt ꝙ mandata.

Infirmitas ſpūalis pc̃tm̃ eſt, quia præcipimur ut fortes in fide reſiſtamus leoni circūeunti, rugienti, querenti deuorare, præcipimur ergo fortiores eſſe in prelio in bonū, ꝙ ſit ille oppugnator in malum. Quia præcipimur uictores eſſe in prelio, qualecūq; deus uoluerit nobis ſuſcitare, bellū eñ ſempiternū omnib⁹ in carne cōſtitutis, preliū aūt paroxiſmale & horarium. Omnis aūt infirmitas, quēadmodū ſtulticia, ignorantia, inſipientia peccatū eſt, quia per hæc inermis pugna conſtituitur. Hinc aliquatenus illuceſcit, quare oportet ſemp orare & nō deficere, uigilare, ſobrios, fortes in fide reſiſtentes. Sed qui infirmiter orat, qui infirmiter ſobrius eſt, qui infirmiter leoni reſiſtit, manifeſte decidit a neceſſario mandato, quo præcipimur oportere ſemp orare, & oportere non deficere. Peccatores igitur omnes infirmi & paruuli. Sed magnæ conſolationis uerbum, oportet ſemper orare, quid hoc aliud, ꝙ oportet ſemper in ſordibus manere licet oremus, quia non ita oramus, nec ita poſſumus orare, quo perfecte exaudiamur. Miſericorditer igitur ſordes iſtas imperfectionis perfert in nobis pater, quibus tollendis uult ut oremus. Tollet aūt qñ uolet, & orantibus non ablatas non imputabit.

Quod ſemper manemus peccatores, & quō oportet ſemper orare,

¶Sequitur de cauſis & miſterijs incarnationis.

¶De cauſis, Miſterijs, & effectibus Dominicæ incarnationis & paſſionis.

¶Cur Deus homo factus?

Cur deus homo? Niſi ut ſanctũ illud & ſpectabile corpus, uidelicet uniuerſa eccleſia triumphantiũ beatorꝝ nõ eſſet trunca, ſed gauderet ſuo legitimo capite. Ad Ephe. Qui eſt caput ſuper oẽm eccleſiam. Et ad Coloſſen.i. Ipſe eſt caput corporis eccleſiæ. De eccleſia triumphante. Ad Coloſſ.ij. Qui eſt caput omnis principatus.

Dñs Ieſus caput ē eccleſiæ triũphãtis.

¶Cur deus homo? Vt ſtructura ſacri templi haberet lapidem angularem, in quo uterq; paries oĩm & angelorꝝ conueniret & fundaretur. De primo. pſalm̃. C.xvij. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus eſt in caput anguli. Et allegatur a beato Stephano in actis Apoſtolorum, Qui dicit edificãtes Iudeos. De ſcd'o. ad Cori.iij. Fundamentum aliud nemo po.&c̃. Item.i. ad Corinth.x. Petra autem erat Chriſtus.

Dñs Ieſus lapis angularis & fundamẽtum.

Cur deus homo? Vt haberet omnis creatura mediatorem communem deo & creaturæ. Ad Gala.iij. Donec ueniret ſemen cui promiſerat, ordinata per angelos in manu mediatoris, mediator autem unius non eſt. Deus autem unus eſt.

Dñs Ieſus mediator oĩs creaturæ ad deũ patrem.

¶Cur deus homo? Vt haberet uniuerſa militia dei, & omnis populus dei regem ſuum. Lucæ.x. Et regnabit in domo Iacob inæternum. Apocalip.xix. Habens in diademate & in femore ſuo ſcriptum, Rex regum, dominus dominantium.

Dñs Ieſus rex uniuerſæ militiæ dei.

¶Cur deus homo? Vt haberet ſchola dei doctorem ſuum. Iohelis.ij. Et filiæ ſyon exultate & letamini in domino deo ueſtro, qui dedit uobis doctorem iuſticiæ.

Dñs Ieſus doctor ſcolę dei.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Dñs Ieſus tẽplũ eſt ciuitatis Hieruſalem.

¶Cur deus homo? Vt haberet ciuitas Hieruſalẽ templũ ſuum. Apoca. xxi. Et templum nõ uidi in ea, dñs eñ deus omp̃s templum illius eſt & agnus.

Dñs Ieſus ſũm⁹ ſacerdos hierl'm

¶Cur deus homo? Vt templum celeſtis Hieruſalem haberet ſummum ſacerdotem. p̃s. Tu es ſacerdos in eternũ. Et allegatur ad Hebræos.

Idẽ hoſtia ſacrificantium.

¶Cur deus homo? Vt haberent omnes in templo ſacrificãtes hoſtiam ſuam. Ad Hebre. Si eñ ſanguis hircoꝝ aut uitulorꝝ, quãto magis ſanguis Chriſti emundabit.

Dñs Ieſus cõis omniũ paſtor.

¶Cur deus homo? Vt haberent omnes oues paſcuæ eius ſuum communem paſtorem. Iohannis. x. Ego ſum paſtor bonus. Reliquit nonaginta nouem oues ſuas in montib⁹ abiens quærere unam quæ aberrauerat. Communis ergo omnium paſtor, huic & illis deſtinatus & prædeſtinatus fuerat, ſicut ante præuiſus, & inuiſus Lucifero agnum perſequenti.

Dñs Ieſus primogenitus omnis creaturæ.

¶Cur deus homo? Vt haberent omnes filij dei & omnis creatura primogenitũ fratrem. Paulus. Qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ.

¶Clariſſiſſimi Doctoris M. VVESSELI Groningenſis, De dignitate agni & cauſis Dominicæ incarnationis, Propoſitiones eruditiſſimæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

IN principio creauit deus celum & terram. I
In creato celo, creauit deus mox celi incolas ſpūs. II
Spūs illi qui meri ſpūs, ideo mox in latitudine mentis, in latitudine & profunditate intellectus. III
Nouerunt igitur ſe non fuiſſe anteq̃ eſſent. IIII
Nouerunt ſe cepiſſe. V
Nouerunt ſe non eſſe, a ſe. VI
Nouerunt ſe ſublimes creaturas. VII
Nouerūt creatorem ſuū ſublimem ualde, & omnipotētē. VIII
Nouerunt conditorem eoꝝ, uerba & arbitria eoꝝ cōdere. IX
Nouerunt igitur uerbo & arbitrio omnipotentem. X
Nouerunt ſeſe miniſtros debitos, & in miniſterium omnipotentis conditos. XI
Miniſteriū eoꝝ uidēdo, eſtimādo, amādo. ꝑfrui eiꝰ uolūtate. xij
Non oēs pari celſitudine & acumine intelligētiæ cōditi ſūt. xiij
Non omnes equaliter, agnitæ ueritati adheſerunt. XIIII
Et ſi oēs adheſiſſent, oēs cū deo unus ſpūs fuiſſent. XV
Si omnes cum deo unus ſpiritus fuiſſent, beatam ſocietatē conſtituiſſent. XVI
Beata ſocietas, non niſi ſingulis beatis conſtituitur. XVII
Beata illa ſocietas, non fuiſſet ciuitas perfecta. XVIII
Beata illa ciuitas deſtinata fuit, ut eſſet regnū perfectū. xix
Si oēs perſtitiſſent, nullus eoꝝ fuiſſet rex perfectus. xx
Abſq̃ perfecto regno, nullū regnum perfectum. xxi
Perfectū regnū, ꝑfectæ nuptiæ, pari paſſu iudicantur. xxij
Seraphin, Cherubin, Throni, beatiores xxiij
Angeli, Archangeli, uirtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, beati fuerunt. xxiiij
Omnes ūna inidipſum participantes, letam & beatā ciuitatem edificabant. xxv
Eſt btitudo q̃dā copioſa & opulēta, q̃dā ꝑfecta & ultima. xxvi
Priuſq̃ adhererēt agnitę ueritati, ueritatē ipam agnouerūt. xxvij
Agnitio ueritatis conſtituit eos uiatores. xxviij
Non fuerunt facti comprænhenſores, niſi mundo, perfecto corde deo adherentes. xxix
Perfecta mundicia cordis, non facit comprænhenſores. xxx

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

In ueritatibus uiæ, cognouerunt beatam illam ciuitatem, quandoq; perfectum regnum fore. xxxi

Cognouerunt igitur dignum aliquem regem fore. xxxij

Vidit lucifer hunc dignum regem, ſupra ſe futurum, & inuidit, dentibus fremuit. xxxiij

Lucifer ſi non inuidiſſet huic regi, non tamen fuiſſet ipſe rex illius regni. xxxiiij

Ad hoc regnum, nullus beatorum illorum præſtantium ſpirituum dignus rex. xxxv

Viderunt Cherubin & Seraphin etiam uiatores, librum ſignatum ſeptem ſigillis. xxxvi

Viderunt aliquando ſignacula ſoluenda, uiderunt aliquando librum eis legendum. xxxvij

Poſtea facti cõpræhenſores, uiderunt adhuc ſignatum & clauſum librum. xxxviij

Sciebant ſignatum librum archanis magnis, & ſua beatitudine ſuperioribus conſcriptum. xxxix

Sciebant hunc librum, quandoq; ſuis deſiderijs aperiendum & contuendum. xl

Hic liber deſideriũ colliũ eternorũ, beatorũ uidelicet ſpirituũ. xli

Hic liber deſideratus cunctis gentibus, illorum collium inſtar angelis. xlij

Ad hunc librum aperiendum, beatis illis collibus, nullus in cœlo dignus, etiam ſi omnes perſtitiſſent. xliij

Liber ſignatus, non fruſtra ſcriptus intus, non fruſtra deſideratus, liber non aperiendus ab indigno. xliiij

Thezaurus libri illi⁹, ditior Cherubin & Seraphin. xlv

Liber iſte, fons de medio paradyſi aſcenſurus. xlvi

Liber iſte, quandoq; aperiendus, deſiderio beatorum collium eternorum. xlvij

Prærogatiua igitur aperiẽdi libri, reſeruabatur a principio cuidam digniori. xlviij

Solus agnus dignus aperire librum & ſoluere ſignacula. xlix

Solus agnus liber ſignatus, & ſcriptus intus & foris. l

Liber ſignatus ſcriptus intus, plenitudo diuitiarũ theſaurorum ſapientiæ & glorię, & charitatis dei in Chriſto. li

Hæc plenitudo theſauroꝝ, nulli niſi agno reſeruata lij
Non angelos, nõ homines, deꝰ uerbũ apprehẽdit, ſed agnũ liij
Omnis plenitudo, magnitudo, altitudo diuitiaꝝ agni creata ſimilitudo dei eſt. liiij
Similitudo dei in agno, ſummum exemplar eſt omnibus incolis beatę Hieruſalem. lv
Exemplar in monte domꝰ dei, in uertice montium monſtratum locupletius eſt omnibus. lvi
Plenitudo diuitiarum ſapientie gloriæ & charitatis in agno, fecundus fons omnibus lignis paradiſi. lvij
Quamdiu beati non hoc fonte rigabantur, non erat eorum beatitudo perfecta. lviij
Hoc irriguũ permiſſum eis, etiam' uidentibus faciem patris. lix
Hoc irriguum non datum eis, niſi agno glorificato. lx
Multa & grandiſſima promiſſa ſanctis hominibus & angelis beatis, que non mox acceperunt. lxi
Quod non mox acceperunt dilatum, deo melius aliquid prouidente pro nobis. lxij
Omnes reliquæ regni diuitiæ, non poteſt cum diuitijs agni ex equo comparari. lxiij
Omnia in ſapientia fecit dominus, ergo omnia propter ſeipſum fecit altiſſimus. lxiiij
Agnum & agni diuitias, propter ſemetipſum fecit dominꝰ. lxv
Sapiens non facit magis bonũ propter minus bonum, licet magis minori conferat. lxvi
Sapienti conditori, minus bona, propter magis bona ſemper ordinantur. lxvij
Magis igitur totum regnum agni, propter agnũ, ꝙ̄ agnum propter regnum. lxviij
Salus, perfectio, decus regni, regno per agnum prouenerunt, ſed non finaliter propter hæc agnus. lxix
Agni præſtantia, maior & ſublimior toto reliquo regno lxx
Quod ſi alteꝝ duoꝝ ꝑdi oporteret, regnum aut regem. lxxi
Ante deus oẽm reliquã creaturã, ꝙ̄ agnũ annichilaret. lxxij
Plus aſſumptam illam carnem deus uerbum aſſumens dilexit ꝙ̄ uniuerſam reliquam creaturam. lxxiij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Quod ſi plus illam diligit, plus illam intendit. lxxij
Plus agni beatitudinem, q̄ omnium reliquoꝝ hominū & ſpiritūum deus intendit. lxxiij
Primum & primitias omnis creaturæ, deus deſtinauit & intendit agnum. lxxiiij
Agnum hominem fore deſtinauit. lxxv
Agnum regem beatæ ciuitatis deſtinauit. lxxvi
Hominem agnum regem, homines regnicolas habere congruebat. lxxvij
Promiſſum habebat agnus a patre, poſtulanti ſibi, dandos homines hereditatem. lxxviij
Si neq; angelus, neq; homo cecidiſſet, eque agnus eis beatus regnaſſet. lxxix
Veretamen propter nos homines, & propter noſtram ſalutem de celo deſcendit. lxxx
Vere homo factus eſt propter noſtrā ſalutem, paſſus, mortuus, ſepultus eſt. lxxxi
Non penitus, non prorſus, propter noſtram ſalutem homo factus eſt. lxxxij
Prorſus propter noſtram ſalutem, paſſus, mortuus, ſepultus eſt, hoſtia & uictima factus. lxxxiij
Non prorſus propter curandos nos a perditione, ſacrificiū, holocauſtum incenſum factus eſt. lxxxiiij
Suæ charitatis impetu raptus in deum, incendebatur illa ſanctiſſima anima. lxxxv
Plus deo, ac ſibi uiuebat in deū, q̄ ſaluādis oibꝰ nobis. lxxxvi.

Quod per ſolum nomen Ieſu eſt uia ad ſalutem, & quod eo nomine dignificamur ad ſuſceptionem totius trinitatis.

Quod per ſolum nomen Ieſu eſt uia ad ſalutẽ, & ꝙ eo nomine dignificamur ad ſuſcepti onem totius trinitatis.

NON eſt aliud nomen datum hominibus, in quo opor teat nos ſaluos fieri. Ita neq; alia uia ad ſalutẽ conſequendã, ꝙ̃ Ieſus. Liquet quantum expedit crebro in ei⁹ meditatiõe exerceri, ut in nomine eius ſalui fiamus. Nomen em̃ Ieſus nihil aliud eſt, ꝙ̃ cum pietate creata noticia Ieſu, De quo ualde notãdum, quod pater in noĩe Ieſu mittit paraclitum, ut ibi. Paraclytus aũt ſpiritus ſanct⁹ quẽ mittet pater in no/mine meo. Tantã em̃ largitatem de⁹ de ſe ipſo facit, immo tantum amat in nobis incarnati uerbi agnitionem & fidem, ut ubicunq; in rationali mẽte, uerbi carnis facti pia agnitio fuerit, mox illi menti ſpiritũ ſuũ infundet, neq; ſolũ ſpiritũ ſuum deus donat, ſed & filius dei in medio eſt, ubi in noĩe Ieſu duo fuerint congregati. Quibus non propterea quia congregati ſunt in medio eſt, ſed propter nomẽ Ieſu. Nomẽ ergo Ieſum paraclitum & filiũ, neq; ſolos hos, quoniã quo filius ingreditur, una & pater uenit, ac tota ſimul trinitas il-lic manſionem facit. Compẽdioſum ergo & breuiſſimũ iter inter nos & deum, dulcis & pia meditatio de domino Ieſu quoniam uere pater, ſaluator & paraclitus, fœlici comitatu, ad eum ueniunt, & manſionem faciunt. ¶ Quis iam ciuis beatæ illius & ſanctæ ciuitatis Hieruſalẽ, nõ uottuis homi-nem illum gaudijs inuiſet, quem ſui regis tã dignãter con-ſpicit honoratum hoſpitio? Non mirũ ſi pater filiũ inuiſet & uiſitet, qui poteſtatem dedit filios dei fieri oĩbus creden tibus in nomine uerbi carofacti habitantis in eis, pleni gra tia, ſapientia, iudicio & iuſtitia. Nemo em̃ poteſt dicere do/minus Ieſus niſi in ſpiritu ſancto. Dicere aũt quia domin⁹ ieſus eſt, ꝑ creatã in corde ei⁹ noticiã fit. Et exit uerbũ hoc

quid ſit nomen Ieſu.

quõ tota trinitas adeſt cõgregatis in noĩe Ieſu.

de corde dicentis, mundans omnem præcedentem ſordem inquinãtem. Omnis enim qui natus eſt ex deo, nõ peccat, quia generatio celeſtis conſeruat illum. Omnis aũt filius dei natus eſt ex deo, Filius dei eſt omnis, qui credit in nomine eius. Credit autẽ in nomine eius, quicũq; pie credit, quia uerbũ caro factũ eſt, plenũ gratia, ſapientia, gloria & iuſticia. Et per hoc ſacrum uelut ſeminarium & fidele pignus habitat idem uerbũ in eis promiſſionem habentib⁹, qm̃ uidebunt incarnati uerbi gloriam in ſe. Qui ergo uerbũ recogitat, carnem factum credens, & ſi uerbi maieſtate terreatur, quia tñ caro factũ eſt, & humana caro, ut ſit filius hoĩs & homo, ideo ſub lege factus, ut & ipſe mandatũ acceperit proximi diligendi, tanta ei fiducia mox nimirum oritur, ut facile prioris terroris obliuiſcatur. Quis em̃ neſciat pauperũ, ſi diuiti, potenti, humano, liberali, miſericordi uiro uicinius habitet, quãta illi exinde ſuarũ neceſſitudinũ relaxandarũ fiducia ſit. Nos dño Ieſu proximi ſumus, nos ergo debet diligere, debet ex mãdato legis, & diligit nos uere tãq; ſeipm̃. Et quia ipſe plenus gratiæ, ſapientiæ, gloriæ & charitatis. Ideo in omni plenitudine ubertatis diligit nos.

Natus ex deo nõ peccat.

Dñs Ieſus debet nos diligere, & diligit ſicut ſeipſum

De VITA ET PASSIONE Domini cõmemoranda, quauita noſtra temporalis, poſitas inter duas nobiles uitas, nobilitatur & perficitur.

EXilis & tenuis res quædam, uelut uapor ad modicum parẽs, aridi, ſterilis, ignobilis & uilis eſt uita noſtra hæc momentanea, niſi quantũ inter duas uitas magnas, nobiles, & præclaras, uelut inter medios cleros conſtituta nobilitatur, quibus niſi eas meditando, eſtimando, deſyderando, nobilitari & perfici non poteſt. Harum duarum uitarum par-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ticipatione, uita noſtra nobilitatur, ſi eſt deſyderium unius promiſſæ in expectatione, uitæ ſcilicet beatæ, quæ edificatur ut ciuitas, cuius participatio in idipſum, quia omnes fines eius pax & adeps frumenti ſatietas eius. Alterius promiſſæ in exemplo uitæ, ſcilicet magiſtri, regis noſtri, prophetæ & ſacerdotis noſtri. Et quãtũ de ſecunda uita participat uita noſtra, tantũ (in exilio & peregre poſita, immo in morte poſita uita noſtra) tantũ in(que) uiuificatur, tantũq(ue) in illa ciuitate beatificatur. Nihil em̃ ita efficax ad cõmutãdas mẽtes hoĩm in bonũ, ſicut pium exercitiũ in dñica uita & paſſione, q̃m ſemp pręſentẽ habet eũ, ſibi natũ, ſibi datũ, miſſum, mandatũ, traditũ, derelictũ, abiectũ, conculcatum, contritum propter ſe, in quo omnis plenitudo diuinæ uirtutis, diuinæ artis, diuinæ ubertatis corporaliter inhabitat. Quid nõ ab illo ſperetur, ſi pie petitur, qui monet, docet, hortatur ad petendũ, & magis donando gaudet, q̃ nos accipiendo. Et ſicut nihil efficatius, nihil fecũdius nobis, ita nihil gratius uel placidius tractare poſſumus. Hoc em̃ & Cherubin & Seraphin retribuunt dño, iuxta Prophetæ ſentẽtiam pro omnibus quæ retribuit nobis dñs. Non ergo pro ſola uenia, ſed p gratia & p glĩa, quia p omnib⁹ q̃ retribuit nobis de⁹, hoc unũ retribuere poſſum⁹, ut calicẽ ſalutaris accipiam⁹. Vita deniq(ue) dñi noſtri Ieſu Chriſti, nobis eſt arcus fœderis, ſcala Iacob de celo ad terrã, Agnus phaſæ, colũna nubis & ignis, manna, Exemplar ſancti edificij in mõte mõſtratũ, & iter ſerpẽtũ ignitorũ morſus, ſerpẽs eneus eleuat⁹ ſup lignũ. Ad hũc ſerpentẽ reſpiciens, q̃cũq(ue) ſerpẽtis ueneno pcuſſus, illeſus mox reperit̃ & uiuus. Inter ignitos ſerpẽtes & ſcorpiones, uita hæc noſtra cõſtituta, ſi crebro ſerpẽtẽ illũ eneũ cõſiderate meditet̃, meditatũ diiudicet & eſtimet, ſi meditatũ & eſtimatum amet, iam inter ignita ſibila ſecurus dormit.

Exercitium paſſionis Chriſti effi caſiſſimum

Huiuſmodi exercitio nihil nobis fecũdius, nihil deo gratius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Quia uita Ieſu magna corã dño & ſancta, datur ei, quãtũ cõ ſyderando, eſtimando, amãdo adhereret. Nec eſt alia uia ad promiſſam illam patriam, niſi huius colũnæ nubis & ignis ducatu, per deſertam & inuiam ſolitudinem. Ipſe eſt̃ ſolus, uia, ueritas & uita. Vita dico noſtra, hic in iuſtificando cre/dentes, quia ſuam uitam donat illis, qui credunt in illũ. Et promiſſa etiam uita erit peruenientibus beato actu Hierar/chico regni ſui & ſacerdotij. Sed ultima uita in ſe uerbo per beatam uiſionem, ut ſit ipſe finis qui principium.

Dñs Ieſus uia, ueritas & uita nr̃a.

Dñs Ieſus uita nr̃a.

EGO, SVM, VIA, VERITAS, ET VITA. Iohan. XIIII

Aduertamus attente, dicit dñs Ieſus, Ego, Quis ille ego? Nempe Ego, uerbum æternum, neceſſarium, meipſo ſubſi/ſtens, prima primi uerbi uita, uiuens in me, propter uos fa/ctum caro. Et licet queẽadmodũ a uerbo ad cuncta cõdita, ſubſiſtendi ſit exitus. Ita & beate cognoſcendi trãſitus bea/tis omnibus, ut in viſo deo, uidẽte, dictãte, uolente omnia, longe beatius omnia cognoſcãt ꝙ intuitiue uidentes res in ſemetipſis. Quia tamen ab hac in uerbo noticia longe delap ſi eſtis a uita, non patet ad hanc ſublimem uitam reditus, ni ſi per carnem ſublimatam ſuper omnem reliquam creaturã. Et ad ſublimatam carnem, non datur aditus niſi per ſan/ctam carnem. Ad ſanctã autem carnem, nullus aditus, niſi per humiliatam, conculcatam, abiectam, derelictam & male dictam carnem. Quia, Nemo aſcendit in celum, niſi qui de/ſcendit de celo, filius hominis qui eſt in celo. Quid eñ eſt quod aſcendit, niſi quia primũ deſcendit in inferiores par/tes terræ. Ipſe ergo qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit. Et quia ipſe pro omnibus maledictum factus eſt, & dere/lictus & abiectio plebis, conculcatus ab hominibus, humi/liatus a deo, & percuſſus pro nobis. Per eum, percuſſum,

Dñs Ieſus uia eſt ad uitam.

humiliatum, conculcatum, abiectum, derelictum, & pro nobis ad hæc maledictum factum, regreſſus nobis factus & apertus eſt in carnem ſanctam. Ecce quō uere uia eſt, per ueritatem ſanctitatis ad uitam beatam ducens. Et præterea quō ueritas, in uera afflictione, uera ſanctitate, uera felicitate. Præterea quō uita immaculata in afflictione, quō uita præcioſa in ſanctitate, De uita uero in felicitate, quæ finis & fructus uitæ eſt non opus monuiſſe.

Dn̄s Ieſus uere uia, ueritas & uita

Quomodo iugiter aſpicere debemus Chriſtum pro nobis crucifixum, & exaltatum a terra, quatenus ſic ſe ad nos trahat, & accedat homo ad cor altum.

Ego ſi exaltatus fuero a terra omnia trahā ad mei p̄m. Io. xij. I
Moyſes exaltauit ſerpentem, Iudei exaltauerūt filiū hoīs. II
Et deus exaltauit illū, & dedit illi nomē ſup omne nomē. III
Et exaltauit eū hō, accedēs ad cor altū, quo exaltetur deus. IIII
Vere altum cor in quo mere ſublimiter de deo ſentitur, qm̄ ille eleuatum ſignum in monte, cui a multis contradicitur. V
Ibi ceciderunt & in imo manent, quicūq; nō excelſo aīo ad illū amandū ſolum, aut ſaltem ſuper omnia accinguntur. VI
Ab illo ſigno non auertendi oculi, quia ſemper debet ad illum flagrare cor noſtrum, ut ubi fuerit theſaurus, illic ſit & cor noſtrum. Et ubi amor noſter, illic & oculus noſter. vij
Profecto theſaurus noſter ſuper omnia eſt exaltatus, ſed q̄ diu ſuper omnia eum non amauerimus, non eſt exaltatum nomen eius in nobis ſuper omnia. viij
Nomen em̄ eius in nobis, tanto eſt inferius depreſſum, quanto aliquid, uel præ illo, uel cum illo, aut etiam poſt illum, non propter illum amamus. ix
Et quādiu nō ita uere, mere, ſyncere exaltatū eū nomē illi⁹ ſoli⁹, tādiu polluta domus dei, ſup quā inuocatū eſt nomen eius. x
Et tanto minus ſctificatur nomē eius in ea, adeo ut Baal de cane

quō acceditur ad cor altum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

& ſuillo ſacrificetur, & domus ſanctificatiōis noſtræ uertatur in proſtibulum,aut uolutabrum abhominationis. xi

In templo em̄ uelut in loco orationis dei,quæcūq; ſunt,nō prophana, non ſuperſtitioſa, non corrupta religione, ſed religioſa eſſe debent cum analogia diuini nominis. xij

Vnde qua ratione fuerunt in templo Salomonis, thimiama & incenſum,eadem boues & arietes, oues & columbæ, uidelicet ut ſacrificarentur & immolarentur deo in uſu hoſtiæ, uictimæ, primitiarum ſacrificiorum,aut holocauſtorum. xiij

Stabulum ergo & forum,a templo dei,fine differebant. xiiij

Et quiſquis non hoc fine res iſtas illic tractabat, prophanus & ſuperſtitioſus erat,& in religione corruptus. xv

Vnde iuſtiſſima ſeueritate per zelatorem dom⁹ dei, a domo dei, eijciuntur omnes uendentes hæc. xvi

Sacrilegiū q̄ cōmittāt.

Vendūt autem omnes, qui de ſacrificijs deo offerendis, uelut de ſuo ſacrilegiū faciūt, quolibet alio fine, q̄ pure deo q̄ſito. xvij

Qui e templo dei eijciuntur.

Quiſquis igitur in quocūq; loco dñationis diuinæ, in quocunq; ſtatu ſuo, in quocūq; tempore, ſiue deorſum ſibi, ſiue cōmunicando fratribus, quod in honorem dei debet, alia uoluptatis aut uanitatis intentione, uelut ſuum facit, & turpi ſacrilegio uendit, irrefragabili ſeueritate diuini flagelli a templo eijcitur, quoniam in templo dei eſſe nō licent, quæ nō intēplo deo gloriā dicūt. xviij

Qui uero carnis uoluptate pro fine potiuntur, hi in torrētes ſulphuris & picis proijciuntur. Et qui uanitate hos ſpiritus tempeſtatum, fulgura, & choruſcationes excipient. Caro enim moriur, & uelut aqua dilabitur. Dilabitur preceps & hic mundus, ueut uapor ad modicum parens. xix

Si aūt accedit homo ad cor altū, exaltabit deus in corde eius. xx

Exaltato igitur corde, ad altum deum acceditur, nec ad altum, niſi alto corde acceditur. xxi

Vnde Magdalena uetita tangere, quia nondū in corde eius erat exaltatum uerbū caro factum. Licet enim integro corde pendebat ex eo, & adeo pendebat, ut integre parata, & prompta eſſet credere, quicquid ille diceret, & prompta facere præcepta q̄ præcepiſſet. Quia tñ de uerbi incarnati diuinitate, nondū ad cor altū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

acceſſerat, ut uere exaltatũ eſſet deus uerbũ in corde ei⁹ equaliter cũ patre. Ideo nõ adhuc digno ĩteriori oſculo, ſed impuro ꝓ tãto oſculabatur. Et edocta intus ueritatẽ cõſubſtantialis deitatis confeſſa, ore ad os, integrũ interius oſculũ accepit, quia tũc exaltatus Ieſus, illã & oĩa eius traxit ad ſe, qui añ deſcendit ad illã. Eſt autẽ na cceſſu ad deũ exordiũ, euãgeliũ, deinde colloquiũ, poſtea cõmertiũ. Poſt hæc ſunt deſyderiũ, exercitiũ, Inde cõſiliũ, remediũ, negotiũ. Deinde mandatũ, magiſteriũ, officiũ. Poſt hæc iudiciũ, flagellũ, ſtudiũ. Deinde conuiuiũ, oſculũ, coniugium. xxij

¶De prælio AGNI cum Dracone. De magnitudine & amaritudine Dominicæ paſſionis, Propoſitiones.

Mitiſſimum omnium animantium, Agnus. I — *agni & draconis prælium.*
Seuiſſimũ, uel liuidiſſimũ oĩm animantiũ, uaſtus draco. ij
Duriſſima neceſſitas, ubi cũ dracõe cogit̃ agn⁹ decertare. iij
Paterno mãdato neceſſitat⁹ agn⁹, cũ dracone uaſtiſſimo p̃liat̃. iiij
Oĩbus agnũ nuptialiter amãtib⁹ acerbiſſimũ ei⁹ prælij cũ draco (ne ſpectaculũ. v
Eius prælij ſpectaculum, clarum non eſt apud homines, in lumine lucernæ poſſibile. vi
Si ad lumen orientis Luciferi, magnitudo prælij clare innoteſcit, non auſim diffinire. vij
Certũ eſt ꝙ ad lumen aſpirãtis diei ad lumen rutilantis auroræ ante ortũ ſolem, clariſſimo ſpectaculo & amariſſimo cõſpectu. viij
Extremi & capitales inimici, agnus & draco in creaturis. ix
Acerrimo zelo & odio, deum draco primum exodit. x
Poſt deum nihil ita odiuit, ut draco agnum. xi
Nulla tãta creata charitas in deũ, ut primogenita charitas agni. xij
Maior caritas agni i deũ, ꝙ̃ tota reliq̃ toti⁹ creaturę ſctẽ atq; btẽ.
De⁹ pater mãdatũ dedit agno ꝓ glĩa dei preliari cũ dracone. xiiij
Mandatum hoc deus tota trinitas agno ſic limitauit, ut ſolis legibus, moribus & armis agni, cum dracone præliaretur. xv
Mores agni tremere, pauere, formidare, contriſtari, anguſtiari, deſolari, uſq; ad mortem perferre carnificem. xvi
Leges agni & arma, obedientia, pacientia, humilitas, charitas, mãſuetudo, parata promptitudo. xvij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Arma draconis crudelitas, nequitia, ſeuicies, malitia, & ſumma naturalis potentia, niſi prohibeatur. xviij

Magnus agnus, qui idem dominator dominus. xix

Dominator dominus, etiam draconis dominus, prælium agninis legibus, & armis tranſigendum ſuſcepit. xx

In illo prælio, perfecte agnus cum dracone præliatus eſt. xxi

In illo ergo prælio, draco omnem nequitiam, omnem malitiam, perfecte ſecundū omnem naturalem ſuam potentiā effudit. xxij

Draconi licet nequiſſimo & liuidiſſimo, totis naturalibus uiribus in agnum ruenti, per omnia deus cooperatus eſt. xxiij

Impoſſibile quicq̃ a quocq̃, niſi cooperante deo fieri. xxiiij

Draconi cooperans deus, agnum percuſſit. xxv

Et propter hoc ab Eſaia, percuſſus a deo dicitur. xxvi

Ita q̄ nō tā a dracone q̃ a deo ꝑcuſſus & hūiliat⁹ eſt agnus. xxvij

Agnum in illo prælio deus dereliquit in finem, & agnus exinaniuit, & abnegauit ſe prorſus in finem. xxviij

Agnum de⁹ dereliquit in illo prælio, ut pateretur in finem. Non dereliquit ut uinceretur uel in minimo. xxix

Lex data agno, uincere paciētia, & prorſus uincere truculētiā draconis. xxx

In illo prælio ſolis legibus & armis agni, truculentiſſimus draco perfecte uictus eſt. xxxi

Si prorſus pugnans draco, & perfecte uictus ab agno, ergo totus in agnum deſeuit. xxxij

Si draco in agnum deſeuit, igitur perfecte ſolutus & expeditus pugnauit cum agno. xxxiij

Magnitudinem prælij illius nemo poteſt intelligere, qui nō ſoluti draconis nequiciam & malitiam cognouit. xxxiiij

Hora prælij illius, erat poteſtas tenebrarum. xxxv

Si perfecte ſolutus draco pugnauit, Igitur omnibus naturalib⁹ facultatibus improhibitus, potens & ualidus fuit. xxxvi

Naturali facultate & ordine, ſpiritus omnis naturaliter poteſt in omnes paſſiones animæ, qn̄ ſuæ facultati libere ꝑmittit. xxxvij

Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum filium ſuum, iuratū teſtatorem daret mundo. xxxviij

Vnigenitum filiū dei, iuratum teſtatorem, oportuit fieri angelū

teſtamenti & miniſtrum noui teſtamenti, non angelos, ſed ſemen
Abrahæ appræhendentem. xxxvij
Teſtamẽtũ nõdũ ualet, ꝙdiu nõ mortuus eſt ꝗ teſtatꝰ eſt. xxxviij
Sic deus dilexit mundum, ut unigenitum filium ſuum faceret ſe
men Abrahæ primogenitum omnis creaturæ. xxxix
Sic deus dilexit mundum, ut agno dominatori primogenito om
nium filiorum dei non parceret. xl
Sic deus dilexit mũdũ, ꝙ agnũ duri p̄lij neceſſitate obligauit. xli
Sic deꝰ dilexit mũdũ, ꝙ ad leges agnini prælij filiũ dñm obliga (uit.
Sic primogenitus oĩs creaturæ, caro ſcilicet aſſumpta
a uerbo, p̄rem dilexit ut præliũ ſoluti draconis, agninis tm̃ legibꝰ
ſuſciperet preliãdũ, & ad leges agni, preliũ cũ dracone ſubiret.
Vt ſciat (inquiens) mundus, quia diligo patrem, & ſicut manda
tum dedit mihi pater, ſic facio. xlij
Vehementiſſimas itaꝗ truculentiſſimus draco paſſiones in ani
mam agni concitauit. xliij
Omne igitur genus acerbiſſimi doloris, pauoris, tedij, meroris, tri
ſticiæ, agoniæ, turbationis, deſolationis, puſillanimitatis, iracun
diæ, indignationis, & amaritudinis in eam concitauit. xliiij
Quia ſi nullo retinente ſolutus naturalibus omnibus, in plena
facultate ſuper carnem agni uſus eſt. xlv
Qui potuit in momento omnia regna mũdi, & omnem gloriam
eorum oſtendere, ut pelliceret.
Quid congreſſum, credendum eſt effudiſſe in derelictum, & obli
uioni traditum, ut deijceret ac deuoraret. xlvi
Non ſolus draco certauit cum agno, ſed uniuerſa ſimul cohors
tenebrarum deum odientium & agnum, ita ꝙ una cum dracone
omnes angeli eius, ſimul agnum oppugnauerunt. xlvij
Draco ſic uictꝰ eſt ĩ illo certamĩe, cũ uniuerſa cohorte poteſtatis
tñbrarũ, ut ſuo ipſiꝰ iudicio euidẽter & clare ſeſe uictũ ſciat. xlviij
Niſi ſuo proprio iudicio draco ſeſe uictum ſciret, non eſſet per
fecte obſtructum os loquentium iniqua. xlix
Et qm̃ p̄fecte obſtructũ eſt os loquẽtiũ iniqua, neceſſe nõ ſolũ dra
conem legibꝰ & moribꝰ & armis agni, ſed & omnes angelos eius
perfecte uictos, quibus omnibus prælliantibus, mitis agnus in la

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

titudine mentis intelligentiæ & uoluntatis expoſitus. l
Et cũm omni illorum inſania, nequitia, malitia, integris agni legi
bus agnus pugnauit. li
Hinc iam clare patet, quõ agnus ꝑ oĩa pro ſimilitudine fratrũ ꝑ
omnes immiſſiones maloꝝ angeloꝝ tẽtatus eſt abſq; peccato. lij
Paſſiões & immiſſiões quãtecũ ꝗ, qualeſcũq; ꝑ angelos malos nõ
ſũt pctã, abſq; uolũtatis cõſenſu, ſed ꝟtutis & uictorię materia, liij
Mortali hoĩ, iſta paſſionũ magnitudo, & multitudo ĩcõphẽſibil.
In omni hac paſſionum magnitudine & multitudine, confirma-
tum cor agni ne commoueretur. lv
Agnus uicit, agnus trophea ſtatuit, ut omne genu infernoꝝ agno
in eternum flectatur, & in eternum agnus triumphat calcans colla
ſuperborum, & ueritate confitentur coacti, ab agno ſe uictos. lvi
Et agni triumphum angeli canunt dicentes, Dñs fortis & potẽs
dñs, potens in prælio, ipſe introibit rex gloriæ. lvij
Et clariſſime nouit draco per omnia ſeſe uictum.
Hæc uictoriæ euidẽtia draconi quãto timebat & inuidebat eate
nus eidem uelut ignis in oculis eſt. lviij
Secũda igitur draconi miſeria eſt clara euidẽtia hui⁹ uictoriæ. lix
Velit, nolit draco, omne genu etiam infernoꝝ curuatur in nomi
ne Ieſu, per huius uictoriæ claram apud inferos euidentiam.
Nulla maior miſeria, q̃ ſemp clariſſime uidere quod ſꝑ nolis. lx
Maxima & prima miſeria draconi, euidenter ſcire quoniam deus
æterno beatus in ſeipſo eſt. lxi
Secunda itaq; eius miſeria, uidere etiam in ſeipſo & in omnibus,
quoniam dedit agno uictori nomen, ſuper omne nomen. lxij
Tertia eius miſeria, quod ipſe draco cum omni cohorte tenebra
rum, hanc Agno coronam fabrificauit. lxiij
A primo inſtãti conceptionis in utero matris, nouit Agnus hoc
ingens prælium ſuis humeris impoſitum. lxiiij
Propter hunc tam amarum calicem, tam acerbum baptiſmum ne
ceſſario habendum & baptiſandum. lxv
Agnus incõpræhenſibiliter nobis coartabatur ꝑ totã uitã ſuam.
Huius coartatiõis & angoris mẽſurã, aliq̃liter iſinuauit qñ dixit,
Baptiſmo habeo baptiſari, & quõ coartor donec cõſũmẽ illũ, lxvi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Clarius aliquãto ſignificat qñ cepit i orto pauere & tedere. lxvij
Magis sãt expreſſit, qñ dixit aiam ſuã triſtẽ eẽ uſq; ad mortẽ. lxviij
Amplius adhuc quando ex agonia ſanguinem ſudauit, quia ta
lis agonia nullum unq̃ hominem coartauit. lxix
Adhuc magis, qñ dixit, Deꝰ meꝰ, deꝰ meꝰ ut ꝗd me dereliqſti. lxx
Oim aũt maxime qñ dixit ei pleniſſime, Aiam meã nemo tollet a
(me. lxxi
Quia nulla tanta poteſtas tenebrarum, quãtũcũq; lxxij
ſoluta, obruere poterat Agnum ut occideret.
Ipſe q habebat poteſtatẽ ponẽdi aiam ſuã, nõ erat poſiturus eã ni
ſũmo ſũmi ſacerdotis ꝑfecte cõſũmato pacifico ſacrificio, holocau
(ſto incẽſo. lxxiij
Non ſimile de militia & ſacrificio cetero,
rum ſanctorum, quia non ſic prorſus derelicti a deo. lxxiiij
Neq; parem & reliqui ſancti mentis latitudinem habuerunt.
Quia non oim rerũ intuitiuam noticiã ut agnus habuerũt. lxxv
Chriſto non ad menſuram ſpiritus datus eſt. lxxvi
Chriſto ſecundũ mẽſurã & plenitudinẽ dati ſpũs a pr̃e præceptũ
digni ſacerdotij & ſacrificij ſecũdũ ꝑfectionẽ oẽm legaliũ ſacrifi
(cioꝝ. lxxvij
Oportuit ſũmũ ſacerdotẽ ſũma fortitudine indui,
priuſq; ſummo indueretur decore. lxxviij
Per oia igit̃ genera, Chriſti oblatio fuit ſuauiſſimi odoris. lxxix
Suauiſſimus odor hic, iudicium, eſtimatio, acceptio, in oculis dei
& admiratio omnium ſanctorum & beatorum. lxxx
Sacerdotium Thronorum, Cherubiu & Seraphin & uirginis ma
tris, Chriſti ſacerdotio ſanctificatius & perfectius factum. lxxxi
Igit̃ illoꝝ icẽſum, incẽſo Chriſti lõge redolẽtiꝰ factũ & cõſũmatũ.
Placuit deo ꝑ crucẽ, hoc ẽ, ꝑ ſacerdotiũ & ſacrificiũ iſtaurare oia q̃
(i celo & i t̃ra. lxxxij
Chriſtꝰ ut itraret i ꝑfectã gloriã ſuã, gloriã
dico ꝑfecti triumphi ſui, ꝑfecta fortitudine præliatus eſt. lxxxiij
Chriſtus ut perfecte reconciliaret exules in iram proiectas, opor
tuit ut perfecte diuinam iuſticiam pacaret. lxxxv
Magnitudo amaritudinis myrrhæ in illo incenſo tanta fuit, nõ
ſolum quod obſtruxit os loquentium iniqua. lxxxvi
Sed & myrrha icẽſi illiꝰ repleuit & ſupipleuit ora laudãtiũ btõꝝ
(angeloꝝ ietnũ.
Myrrha icẽſi illiꝰ ꝑfecte iſigniuit regẽ ſũmũ, ꝑfe
cte iduit & decorauit ſũmũ ſacerdotẽ, dignificauit icẽſũ. lxxxviij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Incenſum illud equauit legẽ, pacauit iuſticiã, placauit equiſſimũ
& ſeuiſſimũ legiſlatorẽ, quia legẽ ꝑfecte ĩtegrauit & ĩpleuit, lxxxix
Iob dicit, utinam appenderẽtur peccata mea quibus irã merui,
& calamitates quas patior in ſtatera, uelut arena maris hæc gra
uior appararet,
Hoc uerbum ad rigorem & ad unguem, nemini conuenire po-
teſt, niſi domino ieſu in cruce, xc
Quia licet dominus Ieſus peccatũ nõ fecerit, quia tñ obſidem &
pignus ſeipſum ꝓ pctõribus dedit, illoꝝ pctã, ſua facta ſunt, xci
Chriſtꝰ præciũ & pignus redẽptiõis nrę pr̃no mãdato factꝰ ẽ. xcij
Chriſtus peccatũ noſtrũ, anathema noſtrũ, adeo & maledictum
noſtrũ factus quando in cruce, uelut in ſtatera ſuſpenſus eſt. xciij
Calamitatẽ ergo grauiorẽ paſſus eſt ꝙ oĩm hoĩm pctã meruerũt.
Neq; contentus equare calamitatem cum peccatis noſtris, (xciiij
ſed conferta, coagitata, ſupereffluente menſura & ſuperabundan
te pro peccato mundi ſatiſfacere. xcv
Vt ubi noſtrum delictum ſuperabundauit, longe uelut arena
maris, grauior gratia dei mortẽ guſtantis ſuperabundaret. xcvi
Non in carne foris tantum, nec in quinq; ſenſibus exterioribus
paſſum ſignificat Zacharias. xcvij
Non in potentijs organicis interioribus dũtaxat, ſignificat paſ-
ſum Ieſum ſacerdotem magnum ad altare ſtantem ſordidis ueſti
bus indutum. xcviij
Zacharias uidit Sathan ſtãtem a dextris Ieſu, ut aduerſaretᷣ illi.
Non igitur in ſolis paſſionibus animalibus eius. xcix
Dextera hæc agni, dextera ſanctitatis agni fuit uiatoris, non dex
tera beatæ fruitionis compræhenſoris. C
Manifeſte enim quædam pars dexte ra in agno reſtabat implen
da gaudio & leticia cum uultu dei. c i
Huic dexteræ agni Sathan aduerſans ſtabat. c ij
Hæc dextera quanto maior ꝙ dextera Michaelis præliantis cũ
dracone, tanto & prælium agni prælio Michaelis grauius fuit,
& magis agno quam Michaeli prælium intulit. c iij
Draco in prelio Michaelis tertiam partem ſtellarũ traxit. c iiij
In prelio draconis cum Michaele, non animalibus aut organi-

cis paſſionibus pugnatum eſt. cv
Hoc certamẽ agni, uulneribus & ſanguine agni cõfectũ eſt. cvi
Sanguis agni præcipitur ſuper utrũq; poſtem, & in ſuperlimi-
nari cruciformiter aſpergi. c vij
Saluatur domus ab exterminatore, ubi ſanguis agni legittime
Liberatur a ſeruitute corruptionis, quicũq; (aſperſus eſt. cviij
lauat ueſtimenta ſua in ſanguine agni. cix
Sanatur ab omni ueneno mortiſero ignitorum ſerpentum, qui-
cũq; exaltatum ſerpentem æneum aſpiciunt. cx
Qui habẽt oculos uidẽdi, reſpiciũt exemplar exaltatũ a terra. cxi
Qui reſpiciunt exemplar exaltatum a terra, exaltant & ipſi a ter
ra in exemplar exaltatum oculos ſuos. cxij
Qui reſpiciunt exemplar, habent ipſum & amplectuntur ipſum
pro ſummo exemplari ducatus, redemptionis directionis. cxiij
Quiq; habent pro ducatu, adherent. Qui pro directione, imitan-
tur. Qui pro redemptione, diligunt & amant. cxiiij
Quicũq; adeo adheret ut ſequatur & imitteur, iam lauat ueſtimẽ-
ta ſua in ſanguine agni. cxv
Quicũq; lauat ueſtimenta ſua in ſanguine agni, ſi retroſpiciat nõ
adhuc dignus, ac tanti exemplaris ſpectator eſt. cxvi
Quicũq; digne lauat ueſtimẽta ſua in ſanguine agni, ſuꝑ niuem
Veſtis lota in ſanguine agni ſuper niuem (dealbat ea. cxvij
dealbata, ſola ueſtis nuptialis eſt. cxviij
In nuptijs agni, nulla eſt ueſtis nuptialis, niſi amor agni. cxix
Non digne lauat ueſtimenta ſua in ſanguine agni, qui non dig-
ne amat agnum. cxx
Secundũ Apoſtolũ, qui nõ amat dñm Ieſum anathema eſt. cxxi
Non qualibet agni dilectio amor eſt. cxxij — amor agni ſincerus & merus quõ noſcitur.
Solus ille agnum amare cenſetur, qui adeo paſſum pro ſe agnum
diligit, ꝙ agni uulnera illi amariora ſint q̃ ſua propria. cxxiij
Non ſufficit ad puritatem amoris agni, ut uulnera agni, acerbio
ra ſint amanti quam ſua. cxxiiij
Cui adhuc ſua uulnera, & quãdiu uel aliquãto licet minꝰ q̃ agni
uulnera amara, tanto & tamdiu adhuc ſui amator. cxxv
Facile quiſque ſuo iudicio dinoſcere poteſt, an agnum ſincere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

amat an non. Cxxvi
Vt purus ac ſincerus amor noſter in agnum ſit, nihil amāti acerbum aut amarum præter dolores & acerbitates agni. Cxxvij
Sincerus amor agni niſi merus fuerit non adhuc agno amatore (dignius. Cxvxiij
Solus merus & perfectus amor agni perfecte & ſancte crucifigit amatorem agni. Cxxix
Perfecto amatori agni crux eſt, quicquid agno crux eſt. Cxxx
Agno amor ſui, & omne pæccatum, cruce amarius eſt.
Quia agnus pro peccato diluendo, crucem amplexus eſt. Cxxxi
Solus perfectus amor agni, agninos & agni amatores, perfectis legibus, moribus & armis agni, agninos facit. Cxxxij
Oib⁹ mere agninis, cōcupiſcētia carnis cruce amarior eſt. cxxxiij
Meris amatorib⁹ agni, mūdus & oīs cōcupiſcētia ei⁹ crux eſt.
Perfect⁹ amator, cognito agni regno, pl⁹ regnat agni regno quam ſuo
Imo ſolo agni regno regnat, & nullo ſuo, ſi agnū pfecte (Cxxxv
amat, & nō ſe, ſicut ſola cruce agni cruciat & crucifigit. Cxxxvi
Amor agni, ſolus ignis eſt, quem uenit dominus mittere in terrā, uolens ut accendatur. Cxxxvij
Solus ille ignis, ubi perfecte accenſus fuerit, perfecte lignum, fenum, ſtipulam exurit. Cxxxviij
Quicquid ab illo igne exuritur, detrimentum eſt. Cxxxix
Amor in agnū crucifixū, pfect⁹ ubi fuerit, pfecta clauis regni eſt.
Amor agni regnātis, ubi merus & pfectus fuerit, nō tam (Cxl
clauis regni celorum eſt, quam ſolium & conſeſſus regni. Cxli.
Ignis ille perfecti amoris agni, oēm ſui amorem radicitus exurēs, Prorſus totum ſeſe deo & agno ſacrificat. Cxlij
Ad hūc talē amorē, Apls oēs nos deſpondet uirginē caſtā nō habentē maculā, neque rugā, neque aliquid huiuſmodi exhibere. Cxliij
Quem amorem Agni, quamdiu non perfecte habent, non mere adhuc uirgines caſtæ ſunt. Cxliiij
Deſponſatio hæc Apoſtoli per uerba de futuris nuptijs eſt. Cxlv
Deſponſatio per uerba de præſenti, non conſummabitur niſi digne, mere, perfecte, ſancte amantibus. Cxlvi
Deſponſatio per uerba de futuro, etiam ſalutaris, ſtat cum anathemate nuptiarum de præſenti. Cxlvij

Qui non amat uere dominum Ieſum, ab illis nuptijs anathema eſt. Cxlviij
Nemo perfecte poteſt amare agnum, qui non perfecte cognoſcit agnum. Cxlx
Qui non perfecte cognoſcit illa duo fundamenta duarum ciuitatum, de quibus beatus Auguſtinus, lib. iiij. de ciuitate dei. ca. ulti. non poteſt noſſe præliorum Agni magnitudinem. Cl
Magnitudinem eius prælij, nemo digne eſtimat, niſi qui duorũ illorum amorum zelos digne eſtimat. Cli
Zelus agni in deum & pro domo dei tantus, quanta dilectio eiꝰ in deum, quantum odium eius quo odiuit iniquitatem. Clij
Zelus draconis tantus, quantus amor eius in ſeipſum & quãtum odium eius contra deum & agnum. Cliij
Hi duo zeli uelut ardentiſſimi arduiſſimo prælio præliati ſunt. Cliiij
Zelus draconis, cõtra deum & agnum furentiſſimus. Clv
Zelus agni pro gloria dei, ac domo dei ardentiſſimus. Cxvi
Tãtum igitur prælium Agni cum dracone, quantus altrinſecus duorum præliantium zelus eſtuantiſſimus prælium conſtare potuit. Clvij

¶ Eiuſdem M. VVESSELI De miſterio crucis, & uia ligni uitæ, De gladio ignito & uerſatili, De miſterio quatuor dimenſionum crucis, aliæ propoſitiones.

Oportet compræhendere, cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum, quia oportet ſanctos eſſe, quorum deus ſanctus eſt. i
Longitudo & latitudo, ſuis dimenſionibus crucem cõſtituunt. ij
Stans homo brachijs extenſis, crucis formam exprimit. iij
A capite uſqꝫ ad pedes lõgitudo. A dextera in ſiniſtris latitudo. Caput ſublimitas, pedes profundum in homine. iiij
Hominis forma, crucis figura eſt. gladius, crucis figurã habet. v
Gladius ignitus, uerſatilis cuſtodit uiam ligni uitæ. vi
Ad lignum uitæ non pateret aditus, niſi per gladium uerſatilem ignitum. vij
Per gladium ignitum, ferientem quia uerſatilem, acceſſus nõ eſt, niſi per mortem. viij
Gladius biceps, uerſatilis undiqꝫ ſcindit, concidit, & mactat, indignum ligno uitæ, ne eius fructus ab indigno manducetur.

Gladius ignitus,uerſatilis urit & deuorat ubiq;. x

Ad uiam ligni uitæ digne cuſtodiendam,non ſuffecit crux. xi

Poterat enim auidus uitæ,uel ſurripere uel tranſcendere. xij

Gladio cuſtoditur uia ligni uitæ , quo non niſi per uulnera & ſanguinem & mortem ſit aditus ad lignum uitæ. xiij

Non ſatis tuta cuſtodia ligni uitæ per crucem & gladium bicipitem,niſi uerſatili impetu, ac ualida in circuitu eius tempeſtate, biceps ille gladius uerſaretur. xiiij

Verſatilis tempeſtas bicipitis gladij, nõ ſolum uulnerat & mactat,ſed & cõminuit uſq; ad minima cor accedẽtis quia crebro cõcidit. xv

Iſta conciſio & contritio cordis idem ſunt. xvi

Tantæ dignitatis lignum uitæ,quæ neq; cruce,neq; gladio,neq; bicipiti, neq; uerſatili ſatis digne cuſtoditur, niſi fuerint hæc omnia prorſus ignea. xvij

Non ſatis eſt pro ligno uitæ,ſanguinem ſudare per uulnera, nõ ſatis eſt mori,non ſatis comminui & conteri,ſed oportet per ignem deuorantem conſumi. xviij

Vere non ignauum eſſe oportet,qui uult uitam. xix

Non ꝑ prona,nõ ꝑ decliuia,ſed in ardua ducit uia ligni uitæ. xx

Lignum uitæ non patitur ignauum poſſeſſorem. xxi

Lignum uitæ non conquiritur ab inerte negociatore. xxij

Via ligni uitæ non admittit ſegnem amatorem. xxiij

Segnis ꝗ ſine igne eſt,nõ poteſt habitare cũ igne deuorãte. xxiiij

Strenuiſſimę militię ſpẽs eſt amor ligni uitę,diſcedite ſegnes. xxv

Lignum uitæ guſtatum,uitam dat mundo. xxvi

Vita non datur,niſi per lignum uitæ. xxvij

Lignum uitæ non contingitur,niſi per uiam ligni uitæ. xxviij

Fructus ligni uitæ,uita æterna. xxix

Fructus ligni uitæ,regnum celorum xxx

Regnum celorum uim patitur.

Violẽti rapiũt uiam,lignũ,fructũ,uitã,celũ,celoꝝ regnũ. xxxi

Via ligni uitæ,per gladium ancipitem,acutum,uerſatilem,ignitum ducit ad uitam. xxxij

Via uitæ per mortem conſumentem. xxxiij

Via ligni uitæ,nõ tam per gladium eſt,q̃ gladius ipſe. xxxiiij

Gladius anceps,uerſatilis,igneus,idem quæ crux Chriſti. xxxv

Non corporalem crucem uel gladium , aut localiter protenſam uiam,aut materiale corporale lignum uitæ ſuſpicandum. xxxvi

Sicut uita eterna mere ſpũalis,ita lignũ uitæ,uia ligni uitæ,gladius & crux ipſa ſpiritualia ſunt accipienda. xxxvij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Hęc ē em̄ uita ęt̃na, noſſe uerū deū, & quē de⁹miſit Ieſū Chriſtū.
Ieſus Chriſtus lignum uitæ. xxxxix (xxxviij
Ieſus uia æterna eſt. Ieſus uia eſt ad uitam. xl
Ad ieſum nemo peruenit nſi per Ieſum. xli
Ad Ieſum nemo peruenit niſi ſecundū Ieſum. xlij
Ieſus crux & gladi⁹, cuſtodiēs, tutās, muniēs uiā ligni uitę. xliij
Dur⁹ cuſtos uiæ, nullū ignauum, tepidū, frigidū, deſidē admittit.
Excludit̃ oīs nō altitudinē, pſūdū, dextrū, ſiniſtrū cōphēdēs. xlv
Vertex crucis altiſſima & promptiſſima, obedientia eſt. xlvi
Dexterū crucis ad meridiem ardētiſſima in deū caritas eſt. xlvij
Siniſtrum crucis ad aquilonem, arduiſſima pacientia eſt. xlviij Dimēſiões
Imum crucis, profundiſſima humilitas eſt. xlix crucis.
Hoc lignū fuit miſſum in panē q̄ gl̃iatur deū habere patrē. l
Hic gladius tranſiuit p̄ animam uirginis matris. li
Hæc gloria Pauli, qua ſine, abfuit ei gloriari. lij
Iſta crux Chriſtianorum, qua, qui ſunt Chriſti, carnem, concupiſcentias & paſſiones crucifixerunt. liij Crux Chriſtianorum
Iſta eſt ſublimitas & profundum, longitudo & latitudo, ſanctis omnibus compræhendenda. liiij
Hoc debitum ſeruoꝝ auditoꝝ legis. lv
Hoc debitū, colon⁹ q̄diu nō plene ſoluit, ſp̄ debitor manet. lvi
Hoc debitum nō ſolutū, ex inſtitutione magiſtri magni, ſemper donec ſoluamus cogimur orare, quo dimittatur nobis. lvij
Crux debitum eſt Chriſtianorum infirmorum, uexillum bellatorum, nobile triūphū uictoꝝ glorioſoꝝ, inſigne triūphātiū. lviij
Hoc debitum ligat omnes Chriſtianos. lix
A uinculo huius debiti, nemo abſoluit̃, niſi q̄ debitū ſoluit. lx
Hoc debitum, quatenus quiſq; ſoluit, eatenus abſoluitur. lxi
Ab huius debiti uinculo, deus neminem ſoluit, niſi ſoluentē. lxij
Dei & hoīm mediator agnus dei, non tollit peccata mundi, niſi tollentis crucem ſuam & ſequentis. lxiij
Agnus dei tollens peccata mundi, ſignum eſt eleuatum in monte uidendum omnibusgentibus. lxiiij
Signum eleuatum in monte, exemplar eſt ſpiritualis ſtructuræ monſtratum in monte. lxv
Exemplar abſq; imitatione fruſtra eſt, ſicut fruſtra calciamētum, cuius nulla eſt calciatio. lxvi
Exemplar eleuatū a terra in mōte mōſtratū, traxit oīa ad ſe. lxvij
Qui non ab hoc exemplari trahitur, non eſt. lxviij
Hoc exemplar tractis omnibus conuiuiū facit in monte. lxix

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Conuiuium hoc grande conuiuiũ eſt pinguiſſimũ, medullatorꝝ,
crapulatorꝝ amore defecatæ uineæ inebriatorꝝ. lxx
Nemo conuiuit qui non uiuit. lxxi
Nemo uiuit niſi qui digne amat. lxxij
Indign⁹ amor demẽtia eſt. Conuiuiũ hoc uere cõiuẽtiũ eſt. lxxiij
Conuiuium hoc ſimpoſium eſt. lxxiiij
Simpoſium, ſimbolum eſt & compotatio. lxxv
Simbolum hoc & ſimpoſium, in calice teſtamẽti bibitur. lxxvi
Calix teſtamenti calix eſt ſalutaris. lxxvij
Abſqꝫ calice ſalutari nõ eſt ſalus. Abſqꝫ ſalute nõ eſt uita. lxxviij
Teſtamentũ non eſt abſqꝫ morte teſtatoris. lxxix
Calix ſalutaris, non eſt abſqꝫ calice teſtamenti. lxxx
Non eſt igitur ſalus & uita abſqꝫ morte teſtatoris. lxxxi
Teſtatori non conuiuit, qui teſtatorem non amat. lxxxij
Teſtator niſi exaltatus a terra, teſtamentum non condit. lxxxiij
Teſtator exaltatus a terra, ipſe eſt ipſum teſtamentum. lxxxiiij
Teſtator exaltat⁹ a terra, deſiderio teſtamẽti ſui, trahit oĩa ad ſe.
Qui deſyderat uitã & ſalutẽ, iã trahit ad exaltatũ a terra teſtatorẽ.
Quiſqꝫ, quanto uult uitam & ſalutem, tanto trahitur. (lxxxvi

¶ Propoſitiones eiuſdem ex euãgelio de corpore & ſanguine Chriſti ſumendo, quo fructu ſumentium, & de ueritate eius.

Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpũs & uita ſunt, hoc eſt ſpũaliter & non carnaliter intellecta uitam preſtant. II
Spũs em̃ uiuificat interiorem hominem, & carnalis intellectus ad hoc non prodeſt quicqꝫ. III
Et quia quidã ex uobis carnales ſunt, iam non credunt ſpũaliter uiuificãtibus uerbis. IIII
Noui a principio qui ſint non credituri, & qui me tradituri poſtqꝫ crediderint. V
Qui credit in me habet uitam æternam. VI
Omnem habentem uitã ęternã ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo: ſed ad altiorẽ uitã, & i cui⁹ cõparatiõe hæc iterim uita mors eſt. vij
Omnis uidens filiũ & credens in eum habet uitam æternã. viij
Niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius ſanguinem non habetis uitam in uobis. ix
Qui credit in me nõ ſitiet aliquando, ergo credere eſt bibere ſanguinem eius. x

Ego ſum panis uitæ,qui uenit ad me non eſuriet aliquando. xi
Ergo uenire ad eum eſt manducare.
Omne quod dat mihi pater ad me ueniet, Ergo mãducat carnem
& bibit eius ſanguinem. xij
Nemo uenit ad me,niſi pater meus traxerit illũ. Ergo trahẽte pa
tre cõmeditur & bibitur. Trahi audire & diſcere eſt nimirũ. xiij
Omnis qui audit a patre meo,& diſcit ab eo,uenit ad me. xiiij
Non ꝙ patrem aliquis uidit, niſi qui eſt a deo hic uidet patrem.
Ille uidet cui narranti credimus. xv
Credens haurit uerbum annunciantis & paſcitur ab illo. xvi
Omnem qui uenit ad me non eijciam foras. xvij
Qui uenit ad me non eſuriet aliquando. xviij
Propter incredulitatem dixi uobis, nemo poteſt uenire niſi fue-
rit ei datum a patre meo. xix
Abierunt ergo multi retro quia non crediderunt. Nũquid & uos
uultis abire non credentes? xx
Et Petrus ad quẽ ibimꝰ,uerba uitę ęternę habes. Iuxta .I.&.II. xxi
Et nos credimꝰ & cognouimꝰ quia tu es Chriſtꝰ filiꝰ dei uiui. xxij
Habetis ergo uitam æternam, Iuxta quintã & ſextã, Manducatis
ergo carnem filij hominis & bibitis eius ſanguinem.
Reſuſcitabit ergo uos in nouiſſimo die. xxiij
Omne quod dat mihi pater ad me ueniet. Et hæc eſt uoluntas pa
tris mei qui miſit me, ut omne quod dat mihi pater,non perdam
ipſum, ſed reſuſcitabo in nouiſſimo die. xxii
Hæc eſt uolũtas q miſit me pr̃is,ut oĩs uidẽs filiũ & credẽs in eũ,
habeat uitã æternã,& ego reſuſcitabo eũ in nouiſſimo die. xxv
Deſcendi de celo, non ut faciam uoluntatem meam, ſed uolunta
tem eius qui miſit me, ut ſcilicet ueniant ad filium non pereant,
non perdantur,ſed uitam habeant in eum credentes. xxvi
Filius hominis dat cibum manentem in uitam æternam,niſi crede
ritis,non habebitis uitam in uobis manentem. xxvij
Ego ſum panis uiuus, ſi qs mãducauerit ex hoc pane uiuet iæter
nũ,& panis quẽ ego dabo caro mea ẽ,quã ego dabo ꝓ mũdi uita
Hic eſt panis de celo deſcẽdẽs, ut ſiqs ex hoc mãducet nõ moriat̃.
Quia ſi non manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eiꝰ
ſanguinem non habebitis uitam in uobis. xxx
Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem habet ui
tam æternam. Et ego reſuſcitabo eum. xxxi
Caro mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus,qui man
ducat carnẽ meã & bibit meũ ſanguinẽ in me manet & ego in eo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Accipite ergo & mãducate ex hoc oẽs, Hoc eſt corpus meũ. Hoc
quociẽſcũq; facitis in meam facite cõmemorationẽ, diligẽter con
ſyderãtes q̃ appoſita ſũt nobis, diiudicãtes corpus dñi traditũ ꝑ
uobis, & mortẽ dñi annũciate, quia mãducãdo, cõmemorãdo, cõ
ſyderãdo, diiudicãdo, ruminãdo, guſtãdo, eſuriendo, cõcupiſcen
do, deficiendo, eſtimãdo, amãdo, amore lãguẽdo uiuificabimur,
roborabimur, iflãmabimur ĩ deũ uiuũ, ut maneam⁹ uiuam⁹ ĩ deo.
Ego ſum reſurrectio & uita qui credit in me etiam ſi (xxxiij
mortuus fuerit uiuet. xxxiiij
Et qui uiuit & credit in me nõ morietur inęternũ. Ergo credẽdo ĩ
eũ cõmedit & mãducat caro eius & bibitur ſanguis eius. xxxv
Quia niſi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius
ſanguinem non habetis uitam in uobis. xxxvi
Credendo autẽ in eum, etiam ſi mortui fuerint, uiuent & nõ mo
rientur inæternum. xxxvij
Quia iuſtus ex fide uiuit, nõ ex pane ſed ex uerbo procedente ex
ore dei. xxxviij
Hoc uerbo uiuificat, credẽtes purgat, proficientes quia fide pu
rificat, corda eorum mundificat, amantes lauat mundat. Amantes
delectat, inflammat perfectos. AMEN

¶ Quõ opamur cibũ qui non perit. Et q̃ credere
in Chriſtum ſit opus cibi non pereuntis. Et cre
dens uiuit, & fide uiuens reſuſcitatur in nouiſſi-
ſimo die. I

Operamini cibũ qui non perit. Nota uerba. Operamini ci
bum. Et ſubdit qualem cibum debeant & uelit eos ope
rari. Cibũ ſcilicet qui manet in uitam æternam, quẽ filius
hominis dabit uobis, hũc em̃ pater ſignauit deus. II
Sigillo ergo patris, operamur cibũ. Sed quõ poterim⁹ opari ſigil
lo niſi negociando in ſigillo penes legitimũ uſum ſigilli. III
Et q̃s uſus ĩ ſigillo legitim⁹ niſi credere? ꝑpterea ſigilla teſtimo
niorꝫ loco abhibẽt, ut eis tãq̃ teſtimonio fideli fidat. Et ad hũc mo
dũ licet nõ ex integro etiã turba uidet intellexiſſe, qñ rñdit, q̃rens
quid facerẽt ut operarent opa dei, ſed ut clarius cognoſcerent, li
quido explanauit, quõ operarentur cibum non periturum. IIII
Hoc ſcilicet eſſe opus dei, ut crederent in eum quẽ deus miſit. V
Noſſe igitur deum, & quem deus miſit Ieſum Chriſtum, hoc eſt
operari cibum qui non perit. VI

Vſus ſigilli ẽ credere

Hæc em̄ eſt uolūtas eius qui miſit me patris, ut oīs q uidet filiū & credit in eū habeat uitā æternā. Et ego reſuſcitabo eū in nouiſſimo die. Iam credit & uitam habet. vij

Quō igit̄ ad uitā reſuſcitabit, niſi præſens hæc fidei uita, mors eſt ad ſecundā uitā cōparata. Lumen lucernæ, lux quædam eſt. Sed ad lumen orientis luciferi, tenebræ. Et lumen orientis luciferi, ad illuceſcētē diem tenebræ eſt. Et illuceſcēs dies ad ortum ſolem tenebræ eſt. Nouiſſimus aūt dies perfectiſſimæ lucis erit. Ad quā cum euigilabimus, uelut a morte reſuſcitabimur. viij

pn̄s uita fidei q̄ pua ad ſecundā uitā cōparata.

Huius uite parua quædam ſementis eſt fides credentium. ix

Amen dico uobis, qui credit in me habet uitam æternā. Ego ſum panis uitæ. x

Igitur, credendo in eum operamur cibum qui non perit, interim in uia magis. xi

Magis aūt operabimur, uidendo eſtimando. &c. in patria. xij

Patres ueſtri manducauerunt manna & mortui ſunt. Quia nō ut interioris hominis refectionem manducauerunt. xiij

Hic eſt panis uiuus de celo deſcendens. xiiij

Si quis ex ipſo manducauerit non morietur. xv

Ego ſum panis uiuus qui de celo deſcendi.

Si quis manducat ex hoc pane uiuet inæternum. xvi

Et panis quē ego dabo, caro mea eſt pro mundi uita. xvij

Amen amē dico uobis, Niſi māducaueritis carnē filij hoīs. xviij

Et biberitis eius ſanguinem non habebitis uitam in uobis. xix

Quia aīa in ſanguine eius cū omni plenitudine ſanctificatiōis ei⁹ informat ſanguinē ſicut carnē, quia ſanguis de ueritate ſubſtātiæ hominis uti caro xx

Qui māducat meā carnē & bibit meū ſāguinē, hic habet uitā ęt̄nā. Et ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Igitur adhuc (xxi aliqualiter iacentem & preſſum. xxij

Caro em̄ mea uere eſt cibus & ſanguis meus uere eſt potus. xxiij

Qui māducat meam carnem & bibit meum ſanguinem in me manet & ego in eo. xxiiij

Si tn̄ eſuriens & ſitiens plenitudinē gr̄æ & ueritatis anhelet. xxv

Sed qui dicit ſe in Chriſto manere, debet ſicut ille ambulare. xxvi

Sicut miſit me uiuens pater, & ego uiuo propter patrem. xxvij

Et qui manducat me, & ipſe uiuet propter me. xxviij

Manducat qui guſtat quoniam ſuauis eſt. xxix

Sic manducauit Magdalena qn̄ ſedebat ad pedes Ieſu. xxx

Qn̄ primo multū dilexit, Qn̄ & vngens, bonū op⁹ opata eſt. xxxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Flagellis eius flagellata, opprobrijs eius exprobrata. xxxiij
Imo plus ꝙ̄ ſi ipſa exprobrata fuiſſet. xxxiiij
Vulneribus eius cōcrucifixa. Morienti amaro luctu cōmortua.
Mortis uictori congauiſa, Tripudians triumphatori. xxxvi
In omnibus his manducauit carnem filij hominis. xxxvij
De acceſſu ad euchariſtiam. Et bibit ſanguinem eius, & ꝓpterea uere uiuit inæternū. xxxviij
Sic participare corpori & ſanguini. Hoc manducare eſt magis ꝙ̄ ſi decies millies euchariſtiā ad altare de manu ſacerdotis arido corde, frigida uolūtate, licet etiā in ſtatu ſalutis capiam⁹. xxxix
Qui em̄ plus amat, ille plus operatur cibū qui non perit. xl
Sicut em̄ uita interioris hominis in ſapientia, gloria & caritate, ſic neceſſario talibus nutriatur oportet interior homo. xli
Ex eiſdem em̄ ſumus ex quibus nutrimur. xlij
Sed qm̄ ad perfectā ſapientiā, gloriā, & caritatē, nobis nulla uera uia eſt, niſi per ſapientiā gloriā & caritatē, quā dn̄s Ieſus in carne monſtrauit. Ideo niſi carnem filij hominis mānducemus, nō operabimur cibū ꝗ non perit, nec habebimus uitam in nobis.

¶ Quod fide iuſtificamur tāꝙ̄ argumēto nō tāꝙ̄ cauſa.

IAm uos mundi eſtis ꝓpter uerbum quod locutus ſum uobis, Non propter uerbum fidei ueſtræ, aut propter uerbū cōfeſſionis ueſtræ, tametſi mūdi ſitis habētes uerbum fidei in corde, & uerbū cōfeſſionis in ore, qm̄ fide mūdificat corda fideliū, ſed non ꝓpter fidem, ſed ꝓpter ſermonē & uerbū dei uiuificans hoiem. Sic neq; in baptiſmo ꝓpter uerbū credulitatis & cōfeſſionis, neq; ꝓpter uerbū ſacramenti baptiſmatis, ſed ꝓpter uerbū loquētis dei iuſtificatur, uiuificatur impius, in fide & ex fide uiuens. Fide dicotāꝙ̄ argumento, ſed non tāꝙ̄ cauſa. Omnia em̄ hæc fiunt ꝑ uerbum, de quo dictū. Iam uos mundi eſtis ꝓpter uerbū quod locutus ſum uobis, ut in ſermone concludit.

Fides principiū ſubſtātię Chriſti.

¶ Apoſtolus. ad Hebr. iij. uocat fidem & cōfeſſionē, principiū ſubſtātiæ Chriſti, qui per eam participes ſumus in Chriſto cū ſit uita. Iuſtus ꝑ fidem uiuit. Et hoc magis expreſſe in ulti. iij. ca. ubi dicit. Quibus iurauit non introire in requiem ſuam. In incredulis ergo, incredulitas ſeparat a uita. Et qui credit in eū habet uitā æternā. Noſtra igit̄ bona opa fidem alunt & cōfortāt, nō aūt uiuificant, ſed uitæ uinculū cōfortāt fidem ſcilicet noſtram. Solus em̄ Chriſt⁹ & ſpūs uiuificat nos, & ſacrificiū Chriſti ſanctificat nos, & fortiori uinculo fidei, fortius huic uitę coherem⁹. Sed nihil hoc uinculū firmat magis dilectione, fortis em̄ ut mors dilectio. Per

Bona opa alunt fidē, ſed nō uiuificant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

hāc em̄ cū operat̄ fides firma eſt, & principiū ſubſtātię nr̄ę firmū eſt. Firmiſſimū igit̄ principiū ſubſtātię Chriſti, in qb⁹ dilectio ſola ꝑat̄. &c̄. ſed & in alijs ꝑib⁹ ex caritate ſuſceptis, etiā firmū eſt uitæ uinculū. Non em̄ aditus eſt ad deū niſi ꝑ Chriſtū, & quēadmodū infirmus, licet ad mortē declinet, & creſcēte infirmitate magis declinet, ꝙdiu ꝑat̄ aliquod opus uitę, uiuere dicit̄, licet exiliter, uiuit tn̄. Ita & in ſpū, qcūq; uel tātū credit in Chriſtū ut nō faciat cōtra Chriſtū, licet langueat, uiuit. Et ſi ita hinc tollat̄, ſaluus erit. Nō em̄ leuiter capiendū ꝟbū dn̄i Ieſu ad Ioannē. Nolite ꝓhibere, qui em̄ nō eſt aduerſum uos, ꝓ uobis eſt. Quemadmodū filij & pueri incredulorꝫ, cū ipſis egreſſi de Egypto, nō ꝓpter ſuā incredulitatē ab ingreſſu ꝓmiſſæ hereditatis leguntur excluſi. Et ad hoc principiū ſubſtātiæ iniciant̄ quidā ab utero matris, ut Hieremias, Ioānes baptiſta. Quidā ꝑ lauachrū regenerationis, alij abſq; lauacro. Alij pene iā ab ipis portis reuocāt̄ ad uitā, cū iā ſpm̄ efflaturi ſūt. Alij medio errore reuocāt̄, ut Mathe⁹, Magdalena, &c̄.

Fides infirma licet, ſaluat tamen.

¶ Propoſitiōes de gr̄a dei & fide i Ieſum Chriſtū, ex Paulo apl̄o.
QVI mortu⁹ ē ꝓpt̄ pc̄tā nr̄a, reſurrexit ꝓpt̄ iuſtificationē nr̄am.
Chriſt⁹ fact⁹ ē ex ſemine Dauid, ſecūdū carnē p̄deſtinat⁹ fili⁹ dei i
ꝟtute ſcd̄m ſpm̄ ſc̄tificatiōis ex reſurrectiōe mortuorꝫ Chriſti dn̄i
Gr̄a uobis & pax a deo pr̄e & dn̄o nr̄o Ieſu Chriſto. iiij (nr̄i.
Ex ꝑib⁹ legis nō iuſtificabit̄ oīs caro corā illo, etiā ſi primū man
datū opere cōpleat, ꝓpterea iuſt us erit in cōſpectu dei. v
Sed oīs iuſticiæ ſufficiētia ex deo ꝑ ꝟbū incarnatū gr̄ę & ueritatis
plenū in ſpūſc̄tō Chriſtū ſacerdotē. Per legē em̄ cognitio pc̄ti. vi
Nūc aūt ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt, teſtificata i lege & ꝓ
Iuſticia autem dei per fidem Ieſu Chriſti ſuper (phetis. vij
omnes qui crediderunt. Roma. iij. viij
Oēs peccauerūt & egent gl̄ia dei, iuſtificati gratis ꝑ gr̄am ipſius,
ꝑ redēptionē q̄ eſt in Chriſto Ieſu, quē ꝓpoſuit deus ꝓpiciationē
ꝑ fidē in ſanguine ipſius, ad oſtenſionē iuſticiæ ſuæ, ꝓpter remiſ⸗
ſionē præcedētiū delictorꝫ i ſuſtētatione dei, ad oſtēſionē iuſticiæ
eius in hoc tpe, ut ſit ipſe iuſtus, & iuſtificās eū q ex fide eſt. ix
Per legē ergo fidei oīs gl̄iatio facientis & operātis excluſa eſt. x
Abrahā ſi ex ꝑib⁹ iuſtificatus ē, habet gloriā, ſed nō apud deū. xi
Sed credidit Abrahā deo, & reputatū eſt illi ad iuſticiam. xij
Credidit in illum, qui iuſtificat impium credentem in ſe. xiij
Iuſticia hæc fidei, etiam erat in præputio Abrahæ. xiiij
Eiuſdem iuſticiæ ſignaculum, eſt circūciſio. xv

Vtrobiqꝫ ergo fides iuſtificat, nõ circũciſio, nõ lex, Sed fides pri
or utroqꝫ iuſtificat. Non ex merito credẽtis, ſed ꝓpoſito & accep
tatiõe dei in quẽ credidit, q̃m patrẽ multarꝫ gentiũ conſtitui te añ
dñm in quẽ credidiſti, q uocat ea q̃ nõ ſunt tãqꝫ ea quæ ſunt. xvi
Ad Roma. v. Per dñm Ieſum acceſſum habemus per fidem in gra
tiam iſtam, ſi iuſtificationis, & in hac gratia ſtamus, & gloriamur
in ſpe gloriæ filiorum dei. xvij

Neqꝫ ergo fides nr̃a, qua uel ĩ Chriſtũ, uel in deũ tradẽtẽ Chriſtũ,
neqꝫ ſacrificiũ Chriſti. Sed ꝓpoſitũ dei acceptãtis ſacrificiũ Chri
ſti, & ꝑ Chriſtũ acceptãtis ſacrificiũ Chriſtianorꝫ, Iuſticia nr̃a eſt.
Cõmendat deus caritatẽ ſuã in nobis. &ce. (xviij

Iuſticia chriſtianorꝫ & fides ĩ quo conſiſtat.

Iuſtificati in ſanguine ipſius ſalui erimus ab ira per ipſum. xix
Ergo ĩ ſanguine nõ ſolũ pc̃tõrꝫ remiſſio, ſed & iuſtificatio & ſalꝰ.
Cũ iimici eẽmꝰ recõcilliati ſumꝰ deo ꝑ mortẽ filij, ergo ꝑ mortẽ recõ
Multo magis nũc recõciliati ſalui erimꝰ ĩ uita ipſiꝰ. (ciliatio.
Ergo & uita Chriſti magis nũc in ſalutẽ, (qꝫ añ mors) eſt. xxiij
Non ſolũ aũt (ſcilicet his tãtis dei donis, dei in nobis caritatem
cõmendantibus gloriamur) ſed inſuꝑ gl̃iamur in deo (licet) per
dñm eũ Ieſum Chriſtũ, ꝑ quẽ nũc recõciliationẽ accepimꝰ. xxiij

In quibus gl̃ificãdum chriſtiano

Gloriamur ergo in fide Chriſti, Gloriamur in ſpe filiorꝫ dei. Glo
riamur in tribulationibus noſtris. Gloriamur in morte & cruce
Chriſti. Gloriamur in uita & reſurrectione Chriſti. Gloriamur in
recõciliatiõe ꝑ eũ. Gloriamur in Chriſto hoĩe, Sed ſuꝑ oĩa gloria
mur in deo ꝑ Chriſtum ſuam in nobis caritatẽ cõ nẽdantẽ. xxv
Sicut enim omnia hæc ad iuſtificationem noſtram, quæ tamen fi-
naliter in ſolo conſiſtit propoſito dei. xxvi
Ita etiã gl̃ia nr̃a ad ultimũ dũtaxat ẽ ĩ ſolo deo, ſuã ĩ nobis caritatẽ
Si eñ uniꝰ delicto multi mortui ſunt. Multomagis (cõmẽdãte.
gr̃a dei & donũ unius hoĩs Chriſti Ieſu in plures abũdauit. xxviij
Et non ſicut per unũ peccatũ, ita & donũ. Nam iudiciũ ex uno in
cõdẽnationẽ, gratia aũt ex multis delictis in iuſtificationẽ. xxix
Si eñ uniꝰ delicto mors regnauit ꝑ unũ, multomagis abũdãtiã gr̃ę
dei & donatiões iuſticię accipiẽtes ĩ uita, regnabũt ꝑ unũ Chriſtũ.
Ergo ſicut per unius delictũ in omnes homines in cõdemnationẽ
Sic per unius iuſticiam in oẽs hoĩes in iuſtificationẽ uitæ. xxxi
Hic manifeſte ſacrificiũ iuſticię ſacerdotis Chriſti iuſtificat & ſc̃ti
Et ſicut ꝑ uniꝰ ĩobediẽtiã pc̃tõres cõſtituti ſunt (ficat ppl̃m dei.
multi, Ita ꝑ unius obedientiã iuſti cõſtituunt multi. xxxiij
Sicut peccatũ regnauit in mortẽ, ita & gr̃a regnet ꝑ iuſticiã in ui
tam æternam, Per Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ. AMEN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

DE DIGNITATE ET POTESATE ECCLESIASTICA. De uera & recta OBEDIENTIA. & quantũ obli/gent ſubditos, mandata & ſtatuta Prælatorum.

¶Quod ſubditi non obligantur credere Papæ, niſi recte credenti.

PAPA tenetur credere & obligatur cũ om/nibus obligatis fidelibus. Et quando credit ſicut obligatur, tunc fideles obligantur crede re quod ipſe credit. Non quia ipſe credit, ſed quia credit quod credere debet. Et ſi alius melius eo crediderit quod credere debet, ipſe Papa debet cum illo credere, quocũq; etiam laico & muliere. Nõ quia laicus eſt, aut quia mulier ita credit, ſed quia ad ueritatẽ euangelij recto calle incedit. Unde Petrus. ij. ad Gala. non recto pede ad ueritatem euãgelij incedens, tenebatur Pau/lo, non quia Paulus aut ſubditus erat credere, ſed quia ad ueritatem euangelij rectiori pede incedebat. Unde conclu ditur, Quod licet ueriſimiliter præſumendum ſit, ſummum Pontificem & prelatos tanto rectius ad ueritatem euange lij incedere, quãto ceteris alijs altius in ſublime dignitatis euecti ſunt, & ita ceteris paribus potius illis ꝗ̃ alicui ſubdi torum credendum. Non tamen ſimpliciter ſubditos obliga tos ad credẽdum illis. Hoc enim adeo irrationabile eſt, & blaſphemiæ plenum, ut etiam quacũq; hereſi peſtilẽtius in ueniatur. Poteſt enim prelatus & ſummus prelatus errare, ut primus illorum a dño Ieſu proprio oraculo electus, & ſpũ ſancto plenus, errauit. Sed hoc factum domino permitten te, ut ſciremus, nõ homini, ſed ſpiritui ſancto noſtram fidem obligatam. Et recte. Fides enim cum ſit uirtus theologica

Papa obli gat credere melius cre denti.

Fides nr̃a nõ hoĩ, ſed ſpũſc̃tõ ob ligatur.

ſoli deo obnoxia, in ſolum deum credit, in quo ſolo iuſtus uiuit per fidem. Valde periclitaretur uita iuſti, ſi penderet ex uita Papæ. Summorum enim Pontificum pleriq; peſtilenter errauerunt. ut nouiſſimis diebus noſtris, in Conſtantia, celebri concilio claruit, Benedictus, Bonifacius, & Iohānes. XXIII. q̄ grauiter fidem lacerarunt. Et noſtris poſtremis diebus, Pius ſecundus, & Sixtus quartus. Quorum alter patentibus bullis regna terrarum ſibi uendicauit. Alter turpiſſimas diſpenſationes, non ſolum de preſtito in cauſa ciuili iuramento, ſed etiam de preſtando, de plenitudine poteſtatis plumbatas bullas emiſit, in abuſu poteſtatis Apoſtolicæ. Quicquid frater Petrus, uel comes Hieronymus inſolenter aut auare geſſerunt, ipſe poſtea cum reſciret, ratificauit, etiam bullis plumbatis.

pleriq; papæ peſtilēter errauerunt.

¶ Quod primus Papa Petrus errauit, & correctus a Paulo, omnibus in exemplo, ut ſciant ſapientes, de ſale infatuato quid faciant.

NVllus Papa ſapientior Petro. Nullus maiore autoritate ſancto Petro. Nullus maiore ſanctitate q̄ ſanctus Petrus. Ita ut ſi nullus debeat Papę dicere, quare ſic facis, aut Papam reprehendere & iudicare, maxime, Petrus nō deberet rep̄hendi. Sed quero. Si Papa rep̄hēſibilis & nō recte ad ueritatem euāgelij inceſſerit, ut facile uidere poſſunt omnes, quibus eſt ſpūs ſapientiæ dei, quid cauſæ eſt, quare nō debeat ab illo rep̄hendi, quia ſapientiſſimus & ſanctiſſimus eoꝝ, a ſapientiore & ſanctiore rep̄henſus eſt, palam coram omnibus, cū improperio. Improperauit Paulus poſt acceptum ſpm̄ſanctū, ſicut ante ſpm̄ſanctū datum, illis undecim recūbentibus, dn̄s Ieſus improperauit incredulitatē cordis eoꝝ. Sic nūc Paulus Petro improperat metū, huma

nam infirmitatem, inconſtantiam, & ſcandalum fidelium, Non ſolum puſillorum, ſed etiam pfectorum, quia Barnabæ apoſtoli, & id cum ignominia & publica confuſione. Sed ſicut hæc diuina diſpenſatione circa Petrum, ita diuina benignitate plenarie circa non ſolum Petrum, ſed eccleſiã omnem in omne euum conſolandam acta ſunt. Petro em̃ data charitas & ſapientia & humilitas, uniuerſa hæc detrimenta, maiore ꝓuentu fortiorem reſurgere poſt ruinam. Et ex Paulo didicerunt ſapientes oẽs, de ſale terræ, qd facere debeant, ſi contingat ipſum infatuari. Ad nihil em̃ ualet niſi ut mittatur foras, & conculcetur a ſapientioribus, ſed hoc non amplius aut ultra, ꝗ̃ infatuatum fuerit. Grandis igitur hæc ſententia contra indignos eccleſiæ prælatos.

Diſpẽſatio dei circa petrum ad eccleſiæ conſolationẽ.

Sal terre infatuatũ quatenꝰ cõculcandum.

¶ Dñis etiam diſcolis obediendũ, quõ intelligendũ.

Verbũ diſcolis in canonica beati Petri Apl̃i. Serui obedite dñis ueſtris, nõ tm̃ bonis & modeſtis, ſed etiã diſcolis, Non tam grauiter obligat ſeruos, ut pleriq; accipiunt. uolẽtes conditionem ſeruilem in omnibus malorum dñorum p̃ceptis obligatam parere. Sed hi non intelligunt uim uerbi greci. Dyſcolos em̃ eſt, cui difficile uacatur, ut Math. xix. Quã difficile diues uacat, ut intret in regnum celorum, Difficilibus ergo dominis obediendum, non reprobis, hoc eſt, praua mãdantibus.

Dominis etiã diſcolis obediendum, quõ intelligẽdũ.

¶ Statuta prelatorum eccleſiæ, quõ accipienda, & prelati quando tolerandi aut repellendi.

INterrogantes dñm Phariſei, quare diſcipuli eius tráſgrederentur mandata ſeniorum, acceperunt aliã maiorẽ queſtionem reſpõſalem, non infructuoſam eruditione. Nam & ſententia docet & exemplo. Sententia ut ſciamus, nõ ſic eccleſiæ prelatorum ſtatuta accipienda ſicut mandata dei, ſic em̃ grauius eſſet iugum euangelij quam iugum legis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Docet etiam exemplo, quomodo fideles ubi uident ſcan/ daloſum errorem ſuperiorum, inuehant, corripiant, ſi occul/ tum occulte, ſi apertum aperte. Nam dñs illorum conatib⁹ in faciem illoꝝ errata obiecit, & hoc expedit, ne inſoleſcat arrogantia per licentiam dimiſſa ſuo arbitrio, quæ corripi, coerceri & abſcindi non poſſet. Ergo quotienſcuꝗ impu/ denter peccant, & tamen inſolenter inſtant, cũ adiuncto er/ rore immodeſtiæ, repellendi ſunt, exemplo dñi. Si tamen id obſeruatur, quo non contra uerbum dñi contẽnatur eoꝝ ſana monitio. Quamdiu em̃ ſedent in cathedra Moſi, faci/ enda ſunt quæ dicunt. Sedere aũt eſtimantur, quãdiu quæ faciunt, non palam eoꝝ uerba retundunt. Vbi uero tã ſcã/ daloſa eſt eoꝝ uita, ut plus corrũpant exemplo, ꝗ̃ edificent uerbo, non iam ferendi, quia non in cathedra Petri ſedent, ſed in cathedra peſtilentiæ. Et hi omnes, exemplo domini, ab officio ammonẽtis, uelut inutiles repellendi, maioris tur pitudinis eiectione.

prelati qñ repellendi.

Prelati qñ nõ ampli⁹ ferendi.

¶ Eccleſiam habere diuitias, eſt bonũ & malum.

Bonũ eſt ꝙ eccleſia habet multas diuitias & temporalem poteſtatẽ, & melius eſſet ſi plures haberet, bonũ em̃ eſt mul/ ta bona poſſe, & melius plura poſſe. Malum eſt, ꝙ eccleſia habet multas diuitias & temporalem poteſtatem, nõ ſolum quia malũ exinde poteſt, ſed etiã quia multa mala exinde facit. Male aduerterunt priſci patres, quando iudiciaria ſuſcepta, opes admiſſæ ſunt, quoniã principes ſeculares ſuos uolunt ex opibus eccleſiæ prouideri, qui fere omnes cor/ rupti ſunt, & ſi qui incorrupti accedũt: occupatione & ſol licitudine corrumpuntur.

¶ De ſymonia & collationibus benefi/ ciorum, an Papa bene ad ſe reuocet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

In quibuſcūq; rebus obtinens poteſt ſymoniam cōmittere acquirēdo uel alienādo, eius rei nō eſt dn̄s, unde canonici beneficiorum & beneficialium prouentuum dn̄i non ſunt, unde etiam donare non poſſunt. Neq; Papa ea dare poteſt, ſicut neq; uendere, neq; ullum ius ultra fidelem diſpenſationem tribuere poteſt. Cōmittere poteſt fidelem diſpenſationem, & credere illis ꝙ fideliter diſpenſent. Infidelem aūt diſpenſationem tolerare nō licet, etiam Papæ, niſi propter maioris periculi euidenter ſecuturi declinationē, & quicquid aliter in beneficialibus geritur, perperam fit. vnde ꝙ beneficioꝝ collationem ad ſe reuocat, quid aliud facit, q̄ ut onus reddendæ rationis exaggeret. Cum uero diſſolutis & corruptis munere uel ſeruitio, uel propter hæc uel ſimilia diſtrahit, non in officium diuinum diſpenſat, & qm̄ in longinquas prouincias rem diuinam uelut fortunę cōmittit, quaſi diuinarū rerū curam non habeat. Inde quæ mala ſequātur, prohdolor paſſim ante oculos uidere eſt.

¶Statuta & mandata hoim, quantū obligare poſſunt.

De horis & ieiunijs mandatis, quō obligent, ſatis ille uenerabilis Gerſon oſtendit. Nec obſtat quod in contrariū allegatur de rationabiliſſima ſapientia cōtenta, quia nō propterea periculoſe obligat, ſicut neq; conſilia euangelica, quæ plurimum ſapientiæ continent, non tamen ꝑpter hoc deus infirmam plebis multitudinem uoluit niſi finaliter ad conſilia obligari. Finaliter em̄ nemo niſi per foramen acus cū columba per foramen petrę intrabit. Ratio igitur adducta militat, in tantū obligare præcepta prelatorum eccleſiæ quātum ſapientiæ continent, obligare inquā conditione contentum fructum cōſequendi. Si em̄ quiſq; abſq; mortali offenſa licet infirmioribus, non oēs conſilioꝝ perfectiones aſſequi, & equidem filios lucis eſſe. Quis paſſim uolet infirmæ Nota.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

multitudini mortalem laqueum inijcere, ultra neceſſaria prę cepta. Vnde ſatis miror eos qui ex ammonitione, obligatio nem parturire parant. Omnis em̃ eccleſiæ poteſtas, inter medicum & egrotũ eſt cõpacta, id eſt, pacto duoꝝ cõſtans. Non em̃ poteſt paſtor paſcere, niſi quantũ grex paſcitur. Non poteſt ſaluare niſi quãtũ ſanantur oues, non poteſt li gare, niſi quãtũ ligantur uinculis charitatis, non ſoluere niſi quãtũ Sathanæ uinculis exſoluuntur. Hanc a dño eccle ſia accepit poteſtatem, ut cũ ille fideliter miniſtrat, & iſte fideliter obtemperat, uterq; ſui fructum officij conſequan tur. Eccleſiaſtica poteſtas connexa eſt, ut poſſit quãtũ pa ſcit, eſt etiam cõpacta ut paſcat quãtũ alter paſcitur.

¶Conſilium pro infirmis.

Valde pro infirmis facit, non ſolum in metu incontinẽ tiæ ſicut uerbum Apoſtoli, Propter incontinentiam unuſ quiſq; habeat uxorem ſuam, melius eſt nubere q̃ uri. Et ite rum, Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex cõſenſu ad tem pus, ut uacetis orationi, & reuertimini inidip̃m, ne tentet uos Sathanas. Vbi ergo ꝑ metus aliaꝝ tẽtationũ, puta in firmitatis, impacientiæ, inconſtantiæ rationabiliter timere tur, ſimilis prudentiæ conſilium eſſet, humiliter inferiora cõplecti, pleriſq; uanũ ante lucem ſurgere, ſed in cõſilio dñi ſedere in ciuitate, donec induamur uirtute ex alto. Et gra uis hinc ſurgit queſtio, Vtrum liceat alicui talium infirmo rum cõſiliũ apl̃i abijcere? Et utrum abiectio obligat irreme diabiliter, ut nõ liceat redire ad cõſiliũ Apl̃i. Credo autem ſtultam ꝓmiſſionem diſplicere deo, ſicut impia iuramenta nõ obligare cõtra ſalutem. Sicut em̃ dicit Apl̃s, ꝓpter in continẽtiam ſuam nubendũ. Ita dñs Ieſus propter incõſtan tiam infirmoꝝ in ꝑſecutione fugiendum de una ciuitate in aliam. Adeo em̃ cõſilium infirmitatis uia eſt ad ſanitatem,

An infirmi ꝑ uota poſſint obligari.

ut pro ſanitate faciat, quod nõ cõtra ſanitatẽ pugnat. Iuxta illud. Pro uobis eſt, qui non eſt contra uos.

Paſtor gregẽ dei paſcere poſitus eſt, uerũ quia grex paſcẽdus rationis & liberi arbitrij eſt, nõ prorſus in poteſtate paſtoris traditus eſt, ut nihil ab eo exigatur niſi paſtori obedire. Debet eñ ouis ipſe dinoſſe, quibus paſcatur, quibus inficiatur, & quocũq; oblatã etiã a paſtore ipſo uitare peſtiferã infectionẽ, & in hoc ſi ſequatur paſtorẽ, nõ excuſatur. Debet ergo popul⁹ paſtores ad paſcua ſequi. Qñ ꝟo nõ paſcit, paſtor nõ eſt, neq; tũc uelut inofficioſo, grex ei parere tenetur. Precipit enim aliqñ rectus rectũ & recte, & parendũ eſt, aliquãdo rectũ nõ recte precipit, & ut cõiter parẽdũ eſt, iuxta illd', Quæ dicũt facite, q̃ aũt faciũt. &c. Si ꝟo nõ rectũ ꝑcipiat ꝑ ignorãtiam. quãtũlibet bona uolũtate rectus, ubi melius rectũ grex nouerit, nõ parere debet, maxime aũt ubi neq; rectum, neq; recte preceperit.

A paſtore qd exigat, & quid a populo.

Paſtor qñ ſequendus qñ reliquẽdus.

¶ Dilectionem proximi debemus deo nõ proximo.

Mihi preceptũ eſt proximũ diligere. Debeo igit̃ dilectionẽ proximi, nõ proximo, quia proximus nõ me ſua lege obligatũ fecit me debitorẽ. Debitor igit̃ deo ſum tãtũ, q ſolus me ſua lege obligauit. Facile iam hinc liquet, q̃ꝫ uerũ ꝟbũ ſit illud pſal. penitẽtis. Tibi ſoli peccaui. Dicimur tamẽ debere pietatẽ, reuerẽtiã, gr̃am, obſequiũ, retributionẽ quibuſdã. Dicit dñs i orone quoſdã nr̃os eſſe debitores. Et Apl's monet. Nemini quicq̃ debere, niſi ut inuicem diligamus, quaſi ſaltem id cõfiteatur debitũ inuicem diligere mutuo. Verũ quia impoſſibile eſt ueritatẽ ueritati repugnare, & ſuperiores duæ ueritates irrefragabiliter conſtent. Vere oportet poſtrema hæc ita accipere, ut ad ſanã ueraq; ſentẽtiã dilucidentur. Debemus igitur angelis & prelatis reuerẽtiam, parentibus pietatẽ, beneficis gratiam, egeno ſubſidiũ, quãtũ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

eiſdem ratione cõmode defertur, non quia debetur, ſed q̃m quod precipienti deo debitores ſumus, hoc exhibitum illis cõmodum eſt. Cõplexa igitur non ſimplex locutio per emphaſim ſchematica non immediata. Vtrũq; mandatũ de diligendo deum & proximum, dei mandatum eſt, & eius uolũtate obligatorium. Vnde & omnia legis mandata, dei debitores nos conſtituunt ſimpliciter, vnde non homini debitor ſum, de non eum occidendo uel odiendo uel calũniando. Non eñ homo homini legẽ tulit, aut per legem obligauit. Nullæ igitur leges uel cõmuni conſenſu multitudinis latæ, uel a prelatis uel principibus uel magiſtratibus editæ, quemcũq; magis obligant, q̃ in diuina lege cõpræhenduntur & præcipiuntur. In diuina lege pręcipimur obedire prepoſitis, poteſtati non reſiſtere, pacem ciuilem ciuitatum noſtrarũ ſeruare, pluraq; talia quæ ſine illorũ ſeruatis legibus non ſeruantur, debemus ergo parere illis, ſed ipſum parere non debemus illis, ſed deo debemus quod illis paremus, quemadmodũ q̃ illos diligimus deo debitores ſumus non illis. Hinc iam clarius illuceſcit, quõ illorũ præceptis parere debeamus, ut quia deo debitores ſumus ad parendũ illis, dũtaxat illis parendũ, quoad nihil contra deum precipiunt, nihil eñ propter deum debet fieri contra deum. Hinc etiã facile liquet quãta & qualia precipere poſſunt. Et hæc duo penes conſcientiam utriuſq;. Secus uero de forenſi & cõtentioſa obligatione, q̃m in ea quiſq; tantũ obligatur, quantũ eſt uinculum affectionis & deſyderij de bono præcepto. Vnde tm̃ quiſq; egrotus obligatur audire medicũ, quãtũ bonæ ualetudinis fructum deſyderat ex eius mandato, ſi multũ, multũ. ſi parum, parum. Parum eñ obligatur fatuo medico parere, quem talem nouit. Semper eñ quiſq; tãtũ obligatur mandato, quantũ bonum expectat ex obſeruato,

Nõ ſumus hoib⁹ debitores, ſed deo.

leges & ſtatuta hoĩm quãtſt obligent.

Prelatorũ præceptis, quõ parere debemus.

quę & q̃lia prelati pñt percipere.

& talibus ualet regula, non teneri mandato, quando ex obſeruato maiora detrimenta ſequuntur, q̃ ex præterito uel dimiſſo. Vnde Grãmaticorum præcepta rationabiliter p̃tereuntur & negliguntur a pueris egenis, quibus neceſſariũ ditari ut uiuant, q̃ doceri ut clareant, qm̃ ſi ſcholam ſequerẽtur, claritatẽ cũ ſanitate & uita perderent, quibus non parentib⁹ pena, non grãmatice loqui cum ſua ſequela, ſic de preceptis logices, ſic de philoſophiæ, ſic regum, ſic ſummorum Põtificũ. Quia ſic in cauſa ſalutis obedire ſummo Pontifici, ſicut in cauſa infirmitatis medico, ſi poſſit recte de utriuſq; p̃ceptis diiudicare. Et qui non poteſt recte diiudicare, qñ heſitat recurrat ad illius directionem de quo non dubitet.

Ita Papæ i cã ſalutis ſicut medico i infirmitate obediendum.

¶Prelatis quatenus a ſubditis obediendum.

Plurimi uolunt prelati eccleſiarũ & monaſteriorũ, etiã ſecundũ ſententiã ſacræ ſcripturæ obedientiam promptã, & eam neceſſariam ſubditis ad ſalutem. Iuxta illud. Oĩa quæ dicũt facite, quæ aũt faciunt nolite facere. Verum ſi obedientia perſpicaciter inſpiciatur, tam ex uoluntate præcipientis, q̃ ex forma pręcept[illegible], tam ex neceſſitate præcepti, q̃ ex fructu & fine pręcepti. Voluit em̃ ut per ſapientiam preſidentis, imperitæ ſubditorum ſimplicitati conſuleretur, ut ita proficerent & accederẽt ad deum. Propter ergo ſapientiam dei conquirendam, deus obligauit ſimpliciores, ſed non ſola ſapientia fructus erit fideliter obedientibus, qm̃ ipſa prompta & humilis obedientia per ſe placet, niſi prorſus fatua fuerit, ut nihil ſerpentinæ prudentiæ admittat.

q̃re de⁹ uoluit p̃latis eſſe obediendum.

Prelatus em̃ niſi quãtũ ſapientiã docet audiendus non eſt. Quia qui prelatos poſt Apoſtolos audit, Chriſtum audit. Vbi ergo ſecundũ Chriſtum docent uel precipiunt, illic ſicut ſapientia ipſa ſi loqueretur audiendi ſunt, alias non audiendi, ſicut Paulus Petrum non audiuit, ſcandaloſo exem-

prelat⁹ niſi ſapiẽtiã doceat, nõ audiendus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

plo cogentem gẽtes iudaiſare. In omnibus igitur ſapienter dictis, audiendi ſunt, ſicut ſi ſapientia de cœlo loqueretur, propter ſapientiam in uerbis comprehenſam. Non igitur propter paſtoralẽ autoritatem ſimpliciter audiendi. ¶ Canones igitur & ſtatuta eoꝝ, tantã uim habent, quantã ſapiẽtiam cõtinẽt. Vnde non poſſunt ſub pena peccati mortalis præcipere, niſi quando ꝑuaricatio inobediẽtis de ſe mortalẽ ſtulticiã implicat. Vñ rebus neutris ut erat illud Pij Papæ decretũ, de alumine nõ obligantur fideles peccare mortaliter, ꝑpter ſolum beneplacitum Papæ.

Canones & ſtatuta hominũ quãtũ obligãt.

¶ Explicatio uerboꝝ dñi de ſcribis & phariſeis audiendis, ſed qua moderatione.

VErbum dñi Ieſu de phariſeis & ſcribis ſedentibus ſup cathedrã Moiſi, licet multis inconſyderate loquentibus ſcandalum pariat. Si diligenti oculo conſyderetur, etiã in ſua latitudine ſeruandũ erit. Quia ſi attendatur latitudo qua precipitur, ſatis reſtricta ac determinata ex utroq; fine, ex ꝑcedentib⁹ em̃, quia dicitur de ſedentib⁹ in cathedra Moiſi, hoc eſt docẽtib⁹ inſtar Moiſi. Et ex poſteriori fine, cũ dicit̃, ſecundũ opera eorũ nolite facere, ſimilit̃ ſatis moderatur, quia ſi ſecundũ opera eoꝝ non faciendũ, etiam ſi ad illã impudentiam uenirent, ut ſecundũ ſua opera docerent ac dicerent, non eſſent iã ſuſtinendi neq; audiendi. Neq; qui ſecundũ opera eoꝝ dictis eoꝝ obediret (quantũcũq; late domin⁹ Ieſus dicat, oĩa quæcũq; dixerint uobis) excuſabilis eſſet, quia talia dicentes non in cathedra Moiſi ſedẽt ſed in cathedra peſtilentię, quia non dicunt ſecundũ Moiſẽ dicentem, ſp ũ ſancto inſpiratũ. Poſſunt em̃ ſecũdũ Moiſen loqui, etiam corrupti homines, licet non ſentiant ſicut Moſes, quẽadmodũ liber mortu⁹ dirigere poteſt uiuũ, & legendus eſt mortuus codex, ſic & ſermo mortui ſcribæ uel mor

Quãdo nõ in cathedra moſi, ſed i cathedra peſtilentie ſedent.

tui phariſei. Monet Apl's ꝓbare omnia, ſed quod bonū eſt tenere. Omnia igiť quæcūq; dixerint, nō ſecundū corruptā affectionem ſuam, ſed ſecundū rectitudinē cathedræ Moſi facienda, facere & ſeruare ꝑcipimur. In alijs nō precipimur ſeruare aut facere quæ dicunt.

¶ De uera & recta obedientia.

OBEDIENTIA ſi recta fiat, iuſticiæ naturalis portio. Semp enī iuſto mandato ſuperioris qui ſubditus eſt parere debet. Vnde quia dei ꝑcipientis mandata ſemp iuſta ſunt, ſemp eſt eis obediendum. Reliquorꝫ ꝟo mādatis obedire indiſcrete, indiſcretio eſt. Apl'us ad Gala. ultimo, neq; angelis de celo obtemperandū aliter annūciantibus aut euāgelizantibus, ꝑter id quod acceperant. Vult omnis precipiens obediri ſibi, ſed non eodem ſpū ductus. Vult ſctūs prælatus obedientiam, quia profectum ſperat obedientis. Vult corruptus prælatus obedientiam ſubditorum, ut pro libito dominetur. Inter hæc non diſcernentes quidam indifferenter & effrene dicunt ſemper obediendum. Et quod ſi nullus reliquus fructus inſit, ſatis tamen ex illa prompta obedientia ſit, ſi propriam uolūtatem abneget, quaſi propriæ uoluntatis abnegatio ſemper bona ſit, allegantes illud Bernardi, Nihil arſurum in inferno niſi propriam uoluntatem, neſcientes ijdem ipſi omnem ibi uolūtatem propriam fractum iri. Non ergo propriam uoluntatem frangere, ſemper bonum illis quibus frangitur, niſi altiore illorum non fracta uoluntate frangatur. Verum alij uolunt, Monaſticam aut Eccleſiaſticam pacem, ac per hoc & charitatem turbari & ledi. Charitas autem ſemper ſeruanda, quare etiam ſemper obediendum.

Dei mādatis ſemp obediēdū, aliorū non ita.

Intētio boni ꝑlati & corrupti prælati.

Error uolētiū inoīb9 obediri.

ꝓpria uolūtas quō abnegāda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Hi ſi diſcrete penſarent uerbum charitatis,non tam precipi
tem indiſcretæ obedientiæ ſententiam ferrent. Eſt tamen
charitas dei,eſt charitas hoīm,& in hominibus diligēdis ra
tio quędam habenda,quo maiora illorum bona magis dili/
gantur,& adeo magis,ut ꝓpter maiora bona aliqn̄ minoꝝ
iactura fiat & diſpendium. Pax fraterna,ſi cum charitate fra
terna ſalua ſeruari poſſit,ſemꝑ quærenda. Alioquin in pe
riculo charitatis,(quēadmodū in tempeſtate frumētū ꝓijcit
e naui)tꝑalis domeſticoꝝ pax proijcienda. Non enim cū
errantibus,cum immundis obſcuris,cū ꝓphanis pax haben
da. Quæ em̄ cōmunio luci ad tenebras? Nō ergo uel ꝓpter
pacem,uel proprię uoluntatis abnegationem omni præci-
pienti ſemꝑ obediendum.

¶Subiecti eſtote omni humanæ creaturæ,quō ītelligēdū.

Dicit Petrus. Subiecti eſtote omni hūanæ creaturę ꝓp-
ter deum. Principaliter hoc uerbū de prepoſitis intelligēs.
Debent em̄ fideles populares p̄latis ſuis eſſe ſubditi,tam do
centibus credendo,q̄ p̄cipientibus obediendo. ſic tñ ꝙ me
minerint ſe ad hęc aſtrictos ꝓpter deum. Hoc eſt,ut primo
ſuam & credulitatem in deū & in euāgeliū referant. primo
ſuam obedientiam in deum offerant. Vnde quod populus
paſtori ſuo credit,ſi ſane credit,ꝓpterea credit, quia euan
gelio conforme credit. Et ſi putaret paſtorem ſuum diffor/
miter p̄dicantem,nō crederet, neqꝫ obediret cōtra legem p̄/
cipienti. Hoc em̄ eſt ſubiectum eſſe omni creaturæ ꝓpter
deum,paſtori credere ꝓpter euangeliū, pręceptis & exem/
plis parere ꝓpter legem. Euangelium ueritatem habet, lex,
p̄ceptū,exemplum magnū audiendi, quāto uerba euāgelij
obediendi, quāto p̄cepta legi imitandi. Hinc iam clare li/
quet,quāto in credendis ad credendum p̄lato doctor ex of
ficio ſubijciatur. Si em̄ uere doctor eſt,ſicut eſſe debet in/

q̄re Prelatis credēdū & obediendū, & quatenus.

ꝙ̄tū doctor in credēdis prelato ſubijciatur.

ſtructus & exercitatus debet ꝑ exercitatos ſenſus uel eque uel magis noſſe ueritates ſacrarꝝ literarꝝ ꝙ̄ nō doctores,nō exercitati ꝑlati. Et hoc ſaltē ex debito,uerū de facto apertius aliquāto claret. Et qui reuera melius & clarius theologicam ueritatem nouit, nō in credēdo ſubiiciatur aſſerēti minuſq; cognoſcenti. Oēs em̄ in credendo primo ſubiecti ſumus euangelio,ut neq; angelo de celo aliter docēti, neq; ſancto Paulo ipſi ꝑ epiſtolam ſit credendum.De exemplis aliqua mutauit eccleſia. Puta in tp̄e,loco,menſura fractiōis panis,ꝓpter finem diſſimilem,fructum diſparem in poſteris & priſcis.Nō ꝙ exemplū cene mutauerit,hoc em̄ iam preceſſerat immutabile,ſed ꝙ primam imitationem ritu mutauerit. Vn̄ etiam legis p̄cepta quædam immutauit.Sed euāgelium nūq; p̄ſumpſit immutare. Quod enim uel imitando uel obediendo mutabile credidit & mutauit,ꝓpter immutabilem euangelii ueritatem immutauit. Illa enim lux eſt ad obediendum & imitandum. Vn̄ tanta neceſſitas eſt uere ſcienti euangeliū,tanta neceſſitas euangelio, ut nulla multitudo,nulla celſitudo mouere debeat ſcientem diſcredere.Propter deum enim euangelio credimus,& ꝓpter euangelium,eccleſiæ & Papæ . nō euangelio propter eccleſiam. Vn̄ quod Auguſtinus de euangelio & eccleſia dicit,originis de credendo uerbum eſt,nō cōparationis aut p̄ferentię. Dixit enim Apoſtolis dn̄s Ieſus. Prædicate omni creaturę, docentes eos ſeruare quęcūq; p̄cepi uobis.Nō igitur audiendi,niſi quantū miſſi. Non miſſi,niſi cum euangelio, non euangeliſantes,niſi ſecundū euangeliū. Sed quia ueriſimilius eſt unum aliquem penes euangelium toti multitudini cōtradicentem errare,ꝙ̄ totam doctorum uirorum eccleſiam. Ideo debet quicūq; ille fuerit ſemper ſuſpectum ſe habere & formidare de errore. Verum quia ſcit nō impoſſi-

Euāgelii ueritas lux ē ad obediēdum.

q̄n unus contradicit multitudini,qd & quō agēdum.

bile multos doctos errare, debet ſemꝑ apparentē euangelij ueritatem primo amplecti. Debet igitur ſecūdo diligenter inquirere ueritatem & intelligentiam euangelij. Debet tertio rationes contradicentiū diligenter attendere, & illi p̄ti quā uiciniorē euangelio inuenerit, firmiter adherere.

¶ De ſcribis & phariſeis audiendis, quomodo intelligenda uerba Chriſti.

EX illo uerbo domini Ieſu. Semꝑ cathedram Moiſi ſederunt ſcribæ & phariſei, oīa ergo quæ dixerint uobis ſeruare, ſeruate & facite. Multi prælatorū eccleſiæ trahūt erroneā & falſam intelligentiam. Putant eñ ex hoc uerbo datā eis autenticā poteſtatem ut obligare poſſint auditorem ad ſeruandum & faciendum quæ dicunt. Et errant alij penes latitudinem horum uerborum. Putant eñ propter latiſſimā diſtributionē uerbi, cum dicit̃ quæcūq; dixerint ſeruare, ſeruate & facite. Sed iſti facilius reducūtur ad rectū. Facile eī uidere eſt ꝙ non oīa eorū uerba quæ dicunt ſeruare & facere oportet. Non eñ illorū inſidiæ, non publicæ expreſſę & pertinaciter aſſertę perfidiæ uerba ſeruanda uel faciēda, non ſcribarꝫ & phariſeorum blaſphemiæ ſeruandæ uel faciendę, ſi dicunt in Beelſebub dęmoniorū principe dñm Ieſum eijcere demonia. Si dicunt quicūq; iurauerit in templū nihil eſt, qui aūt iurauerit in auro templi debet. Cū eos tales dicentes dñs Ieſus fatuos & cecos appellat, nūquid adeo deſipiendū, ut fatuos & ſtultos duces ſequamur? Ante fortaſſis dicent dñm Ieſum cum hæc diceret, illa non meminit antedixiſſe? uel cum illa prediceret, nō preuidit hæc poſtea ſe dicturū. Preterea cauere iubet a fermento phariſeorꝫ, & exponit in textu ab hypocriſi doctrinæ eorꝫ, qui p̄cipit oīa facere & ſeruare q̃ dicunt. Idem dñs p̄cipit cauere a fermento doctrinæ eorꝫ. Oportet igit̃ auditorē ſcribarꝫ & phari

Nō oīa ſcribarū uerba audienda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ſeorꝝ ſimplicem eſſe ut colūbam, ut nihil niſi bonū granum querat, ſed inſup prudentē & ſapientē, hoc eſt, prudētes aſtutias nō ignorare, ut norit oīa ſcribarū & phariſeorꝝ ꝓbare, ſed quod bonū eſt in illis tenere ſolū, hoc diſcretionis ſpū preditos eſſe oportet fideles auditores. Non eīn habēt ſcribæ & phariſei p̄ceptiuā poteſtatē, ut princeps ſacerdotū habebat & ſub eo ordinati. Sedebāt eīn ſup cathedrā doctrinę nō ſuper tribunal aut ſoliū, ſicut hodie apud nos doctores uel p̄dicatores. Sed primus errorꝝ qui nō tam latus eſt, plus aliquid laboris habet ꝓpter cōceſſam p̄ſidētibus poteſtatē regiminis. Sed pſpicaciter diiudicātibus eadem ſtatera præcepta populo in aſſumendis prælatorum præceptis quæ in audiendis corruptorꝝ doctrinis. Oportet eīn tam prelatorꝝ ꝙ doctorꝝ p̄cepta ſic ſeruare & facere, queādmodū Paulus monuit, hoc eſt, ꝙdiu in cathedra Moſi ſedētes ſecūdū Moſen dicunt, & ſi quid extra uel cōtra, nō magnopere ligat fideles cōtra legem pfectę libertatis. Dei eīn ſerui ſumꝰ, nō Papæ, cui utiq; ſeruiremus ſi ad oīa eius qualiacūq; obligaremur. Dictū eſt aūt, Dn̄m deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies. Dei ſerui ſumus, nō pape.

¶ De cecitate & fatuitate ſcribarꝝ & phariſeorꝝ.

Qui iurat in templo, iurat in eo qui habitat in eo, & qui iurat in celo, iurat in throno dei & in eo qui ſedet ſuper eū. Math. xxiij. Qui iurat p creaturam dei ſui, recte iurat per creatorem eius. In huiuſmodi ſi fatui & ceci ſcribæ & phariſei cōtrariū dicāt ac doceant, nūquid ꝓpter ſuperiora uerba audiendi ſunt cōtra uerū & unicū magiſtrū? Certe nūq̄, niſi qn̄ ſecundū illum docent, & ad illum ducunt. Stultum enim & cecum ducem nemo ſequitur, niſi cecus. Vnde nō ſolum & phariſeos ſtulticiæ & cecitatis duces innuit ibi dominus Ieſus, ſed etiam ipſos populos ductos ab eis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Dicit enim. Fatui & ceci duces cecoꝝ. Stultus reuera & cecus eſt, quicũq; ſtultum & cecum ſequitur. Et qñ uolebãt mittere manũ in dñm Ieſum, laudatur turba, quoꝝ timebãt lapides, nõ audentes reſpõdere propoſitæ queſtioni de bap tiſmo Ioannis. Et ſi turba temerarios metu lapidationis eos ab inſano auſu nõ repreſſerit ſequenti Paraſceue, digne per ſanctum Auguſtinũ uituperatur, & ſceleris in Chriſtum particeps facta eſt. Dñs Ieſus poſt ſeptẽ illa Væ, ſcribis & Phariſeis cõminata, uocat eos noĩe Hierl'm, quicunq; doctrinam & paſtorale officium profitentur, & nihilomin⁹ ueritatem & rectitudinem ſuppeditant. Inquit em̃, Hierl'm hierl'm quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te mittuntur. Quod aũt ſolos hos nominat, patet ex uerbis textus, cum ſubdit. Quotiens uolui congregare filios tuos, quẽad modum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ecce manifeſte tres partes. Prima, Hierl'm Secunda, Filij hierl'm. Tertia. Dñs Ieſus qui uult cõgregare filios, quẽadmodum gallina. Secũdi ſunt filij Hierl'm cõgregandi ſub alas gallinæ. Tertij ſunt, nolentes cõgregari ſub alas gallinæ, ſeductores & ceci, & ſtulti Paſtores ac doctores. Hic iã quero, ſi qui de tertio ordine doctores & paſtores gallinę uolenti cõgregare, uelint ſtudijs gallinę obſtare & contradicere, quem debent audire pulli gallinę. Licet dicat Dñs Ieſus, Omnia quęcũq; dixerint uobis ſeruare & facere, ſeruate & facite. Certe niſi ceci & ſtulti fuerint pulli, cõfugient ad alas gallinę, quantũlibet noſter mercenarius paſtor uero paſtori oblatret. Sed quare Dñs Ieſus tam latam diſtributionem expreſſit, niſi ut noſtram diligentiam ſcripturarũ collatione mutuo cõgruentium ac declarantium collatione exerceret. Non em̃ ita attenderemus expreſſum q; ſapit exercitatione inuentum, ut habeat exercitium ſapientię & ue

Subditi p̄ticipes ſceleris in Chriſtũ quia nõ reſtiterunt p̄cipibus ſacerdotũ,

Quod pulli ad alas gallinæ debeãt confugere, q̃tũlibet mercenarius paſtor oblatret,

ritatis meritum ſuum.

¶Intentio Chriſti, quando p̄dicatores & paſtores non ſunt audiendi.

VAlde notanda intentio dñi noſtri Ieſu Chriſti, qua ubi finali diſcurſu totius euangelij Math. xxiiij. concluditur, non audiendos doctores, prædicatores, paſtores, quando & contra debitum ſuum inofficioſe docent, prædicant, paſcunt, uti ſunt Hypocritę, oſtentatores, qui omnia opera ſua faciunt, ut uideantur ab hominibus. Ypocrite.

AMBITIOSI, qui querunt primos diſcubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis. Ambitioſi

VANI, qui in uanis oblectantur, uolentes in foro ſalutari & uocari ab hominibus Rabbi. Vani.

AVARI, deuorantes domos uiduarum. Auari.

FICTI, quia occaſione & pretextu longæ orationis.

CORRVPTI & PESTILENTES, quia cũ habeãt creditam poteſtatem regni, neq; ipſi miniſteriũ pietatis exercent, neq; alios uolentes fideliter exercere ſinunt. Hoc eis dñs Ieſus improperat cũ dicit, Væ uobis ſcribæ phariſei hypocritæ, qui clauditis regnum celorũ coram hominib⁹, uos autẽ non intratis, & ingreſſuros non ſinitis. &ce. Corrupti.

PSEVDO DOCTORES, docentes populũ falſa contra ueritatem fidei ſalutaris, ut illi de iurando in templo & in altari non teneri, ſed obligari ex iuramento qui in dono oblato iuraret. Pſeudo doctores.

PERVERSI, culicem excolantes, camelum glutientes, maiora legis negligentes, & circa minora ſeueri puerſi.

MANDATORVM hominũ diſtricti exactores, diuinæ uoluntatis conculcatores, quia nolũt ſubditos ſuos cõgregari ſub alis fouentis gallinæ ſalutaris. Huiuſmodi cum ſint, ſubditi tamen quib⁹ regnũ celorum appropinquauit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

quem duorum ſequentur, an eos qui non ingrediuntur & uolentes non ſinunt, aut eum qui per omnem uitam noſtram ſemper ad miſericordiam preſto eſt congregare eos uelut pullos ſub alis ſuis. In tali ergo caſu tenentur matrem gallinam audire. Non falſos uanos oſtentatores, ambitioſos, auaros, peruerſos, pſeudo doctores, peſtilentes p̄dicatores, ſtultos, cecos, cecoꝝ duces p̄latos. Tenentur tamen ſubditi ſuſtinere eos in miniſterio, quãdiu ſuſtinentur facere & ſeruare quæ bene & ſane dicunt. vbi male dicũt uel docent nõ debent eis obedire, niſi uelint cum cecis ceci eſſe, & ab alis gallinæ & regno celoꝝ excludi & a peſtilentibꝰ corrumpi & infici. Quõ em̃ non peſtilentes & mortiferi, quos dñs Ieſus uocat ſerpentes & genimina uiperarũ? Expreſſe enim dicit Apl's, colloquia praua corrũpere bonos mores. Quorum ergo colloquia praua magis, quam corruptorum doctorum, prædicatorum, paſtorum, preſbiterorum, prælatorum? Horum ſermo ſicut cancer ſerpit, non ſolum ſermo, ſed & exemplum prauum. Pronum enim omne malum ad imitationem. Sed quicunq; ſiue Papa, ſiue paſtor aliꝰ unũ de puſillis iſtis ſcandalizauerit, hoc eſt, a rectitudine, a profectu uiarum dei, praua dogmata, neglecto miniſterio, corrupto exemplo impediuerit, expedit magis ut mola aſinaria ligatur in collum eius & in profundum maris demergat̃, q̄ ſic peſtilenter præſideat & corrumpat.

ceci duces nec audiẽdi nec ſequendi.

Qñ p̄latus uel paſtor ab officio expellẽdus

¶ Omnis p̄latus puſillos ſcandaliſans eſt antechriſtus. Omnis igitur quantumlibet in dignitate præſideat, quanto puſillos ſcandaliſat, & a puritate uiarũ ueritatis & uitę contra Chriſti uoluntatem retardat, tanto eſt antichriſtus quoniam omnis talis contra Chriſtũ conatur, ut ſcilicet perdat pro quibus Chriſtus fudit ſuum ſanguinem. Quid em̃ aliud eſt perdere quos Chriſtus ſaluare per mortem nitit̃ q̄

Chriſto obſiſtere. Chriſtꝰ per obedientiã vult ſaluare, Multi prælati per inobedientiam præceptorum & corruptum exemplum nõ curant ſcandaliſare per omnia illa quæ dominus Ieſus Mathei.xxiij. commemorat ad plebem. Hæc ſi uera ſunt ut mihi uidetur niſi melius informer, oportet ex ſuperioribus rationibus per quemlibet bonum uirum paruulos auiſari & admoneri ne ſcandaliſentur. Sed niſi in particulari de ſingulis deformitatibus & peſtilentibus ꝑlatorꝝ corruptis exemplis auiſentur & admoneantur, minus uitare poterunt. Hæc ſi doceamus, mox hypocritas, oſtentatores, ambitioſos, uanos, illecebros, auaros prelatos, non ſolum cõtra nos, uerum & contra commiſſum populum concitabimus. Licet dñs Ieſus qui ſcandalum paſſiuum prohibuit, omnium ſcandaliſantium dedecora publice predicauit in populo, Math.xxiij. Non ſolum ſcandaliſantium dedecora detegens, ſed & æternum væ ſcandaliſantibus denuncians.

Perſecutio ꝓpter ꝟbũ ueritatis cõcitatur.

Verũ qui hoc dñi Ieſu exemplũ ſequi uolet, ſciat, quia dominus Ieſus quando hoc predicauit, iam paratus erat crucẽ baiulare, cuius qui nolit ſequi exemplum, ſinat ſcandala quieta paſſim pullulare. Semper enim uidendum, ne medicina morbo nocentior ſit, propter tempora periculoſa. Et unde periculoſa? niſi propter corruptam uitam paſſim prælatorum eccleſiæ. Hæc licet ad ſcribas & phariſeos dominus Ieſus dixerit, non tamen propter illos quibus regnũ dei mox poſtea auferendum, ſed in longinquum doctrina reſpexit, ſcripta propter nos, quibus a noſtris paſtoribus, predicatoribus, doctoribus, quando non ſani fuerint, ſimile periculum impendet. Expreſſe namqꝫ dominus Ieſus in fine huius capituli. XXIIII, duo genera ſeruorum uocat ſuper familiam ſuam conſtituendorum, Notat quoſdam fideles & prudentes dantes familiæ eſcam in tempore.

Neceſſe eſt ut doctor ꝟitatis crucifigi cum Chriſto ſit paratus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Alios ſeruos malos, ex mora dñi malam & ſtultam fiduciã capientes, comeſſantur, inebriantur, extolluntur, ſuper conſeruos tyrãnidẽ exercent. Quicũq; illorum exemplo corrũpitur, ut cum eis in foueam cadat, non excuſabit illum ſua ignorantia uel cecitas uel ſtultitia. Si quis per cecitatem & ſtultitiam ſcandaliſatur, cecus & ſtultus eſt, quia per propriam cecitatem illorum corruptelas adeo probat ut ſequatẽ incorruptelam. Qui uero per ſanam doctrinam & bonum exemplum ſcandaliſatur ut peior fiat, hic non inter puſillos habendus, ſed inter ſcribas & phariſeos, qui ſapientiæ conſilia reſpuit, hic prophetas lapidat & occidit, huius interitu ſapientia gaudebit & ridebit. Paſſiuum ergo ſcandalum duplex eſt, quoddam puſillorum, quo puſilli ſcandaliſantur, alterum phariſeorum de quo dominus Ieſus, melius eſſe ut ſcandaliſentur, q̃ ut ueritas taceat. Puſilli ſcandaliſantur ex malo, phariſei ſcandaliſantur ex bono.

Subditorũ cecitas uel ſtultitia nõ eos excuſabit.

Aſſumitur qñq; ad regimen, qui non aſſumitur ad ſapientiam, cui⁹ eſt autoritas abſq; dignitate in ſola poteſtate. Sed quia nulla data poteſtas contra ſapientiam & ueritatem, non deferendum ducatui ceco quia qui cecum ducem ſeqẽ & qui in foueam cadit propter cecitatem ducis, non propter autoritatem ducis, minus cadit.

Cecus dux non ſequẽdus.

¶ Quantum ſubditi p̄latis & ſuperioribus ſuis obedire obligantur.

COnſyderatu dignum, quantum debet ſubditus prælato ſuo, & inferior ſuo ſuperiori. Hoc enim debitũ non eſt conditionis ut ſit debitum abſolute, ſed magis eſt pacti cum prælato. Non enim ſuperior domin⁹ eſt inferioris, licet inferiores dominos eos uocent & ſuperiores, aliquando iuſtis cauſis perferant. Niſi tamen ſuperiores iuxta debitum pacti, legi pactorum equi ſint, non tenebitur ſubdit⁹

integro debito,ſed quãtũ ille legem ſuperioris implet, eatenus debitor eſt ſubditus.

¶Vnde ſi prorſus legem ille prælatorũ abiecerit,iam tũc nullo debito ligatur ſubdit⁹. Omnis enim illa ſubiectio uoluntaria & ſpontanea eſſe decet,quare nõ ſubeunda niſi cũ deliberatione. Deliberatio autem cauſam conſyderabit & fructum. Vnde quãdocunq; cauſa cum fructũ eiuſcemodi ſunt,ut mouere poſſent deliberantem ante contractum,pari ratione ſoluunt obligatũ,quando alter contrahentiũ deficit in promiſſo. Fere enim ex natura huius obligationis eſt ut ſubditi ſuperiorem ſibi eligant,quaten⁹ talem eligant in quo & ex quo ſuæ deliberationis fructum, &cauſam proxime coniectent. Videntur autem omnium cautiſſime agere in eligendo Mendicantes, qui quotannis electionem ſibi renouant,licet non in ſingulis annis nouum ſibi eligãt. Sed ſi nõ eſſet cui tute ſe committerent, poſſent in ei⁹ locum aliũ eligere meliorem. Si enim cum ſtatu mutato mutaretur in peius,expediret,utriſq; diſcedere. Quod ergo de matrimonio ſponſi & ſponſæ fingunt inter epiſcopum & eccleſiam, debitæ fidei ſacramentum eſt,nõ indiſſolubilis uinculi,alioquin caſu nullo libellus repudij locum inueniret. Quia uero non ſponſus eſt ſed paranymphus eſſe debet, cum tamẽ ſepe non ſit. Deberent ergo ſemper deijci a dignitate,qñ indigni eſſent præſidentia. Indigni autem ſemper quando ſolum infructuoſe. Suſtinentur autem, & id maiorum incommodorum timore ſicut & meretrices in ciuitatib⁹. Deberet etiam ſimile eſſe de regibus. Vnde in omni republica bñ inſtituta, ſumm⁹ magiſtratus uel tempore uel autoritate, ut uel annu⁹ tm̃ ſit,uel ſuffragijs cõſentientium ab inſolentia compeſcatur. Quid enim electio ſignat niſi libertatem deliberãtis. Oportet eñ parere meliori, & hũc debet electio

Indigni p̃lati quare ſuſtinent.

coniectare, a quo quantū electio deficit, pro tanto ei nō eſt obediendū. Vnde etiā perfecti uiri quātū honeſte poſſunt, ſeſe ſubtrahunt ab eis, & exemptiones querunt, & habent in multis ex iure communi. Ex hoc fundamento non ſolum regibus non parendum in malis, uerumetiam iure deberēt regno deturbari, niſi maiore damno timerētur accepta malaresartum iri. Sed publico conſenſu impenſæ & opera perditæ, qn̄ ſuſcepta plaga priore uulnere reſarcitur.

Mali principes q̄tenꝰ tolerandi.

¶Quod magis ſapienti q̄ Papæ conſentiendum,

Vbi ſapiens a Papa diſcrepat, potius & magis eſt ſapienti q̄ Papæ ſtandum aut cōſentiendū. Quia ſententiā excōicationis a ſapiente latam Papa abſoluere nō poteſt, qualis eſt illa ſententia, Qui non amat dn̄m Ieſum, anathema ſit. Hanc ſententiam Papa abſoluere nō poteſt, neq̧ uinctum per eam abſoluere. Manet aūt quiſq̧ tantū reciſus a deo & excōmunicatus, ꝓ quanto deum nō amat, licet ſit in ſtatu ſalutis & gratiæ, cōionem tamen illā nuptialem amplexuum & oſculorum nō participat quam ſentit amans. Multū eṁ differunt inter ſe deſyderans, diligens & amans, unde timēs deum excōmunicatur a gradu deſyderantiū, deſyderās a gradu diligentium, diligētes a ſublimitate ac dignitate amātiū.

¶In cōtradictione Papæ & ſapientis, quid agendū.

In caſu ſimultatis & cōtradictionis inter Papam & ſapientem. Non ſolum Papa tenetur audire & ſequi ſapientem, & ſapiens in his quibus uere ſapiens, hoc eſt, in quibꝰ creditur ſermo ueræ ſapientiæ ſecundum immaculatam legem domini, nullatenus debet a ſua ſententia diſcedere & ſequi Papalem autoritatem. Sed etiam omnis eccleſia fidelium qui cognoſcit rectum ſermonem ſapientiæ, debet ſimiliter adherere ſapienti. Factum hoc nuper in cōſilio Cōſtantienſi, quando Ioanni. xxiij. diſſenſerunt fideles & Ioan

Papa tenet̄ ſequi ſapientem.

Eccleſia fideliū, ſapienti debet adherere, non Papæ

ni Gerſon conſenſerunt. Quis enim hodie contradicentib⁹ ac diſſentientibus Eugenio ac Bernardo Clareuallenſe, non Bernardo magis ꝙ Eugenio cohereret. Docet hoc exemplo ſuo Eugenius, qui ſeueras illas monitiones & correptiones de conſideratione plurimas, tam deſyderanter acceptauit. Pontificum igitur mandata, quãtum obligent, ad Theologum diffinire ſpectat, ſi tamen uere theologiſet. Quis eſt hic & laudabimus eum. Plus igitur cõſenſu ſapientum eccleſia in unitate ꝙ prælatorum regimine continetur. Quia ſapientum conſenſus efficaciter a deo dirigitur. Prælatorꝶ regimen ſepe non ita, ut quando ceci cecos ducunt, uel deſerunt, uel errare ſinunt.

¶ Quod ſepe uerus Papa eſt pſeudo apl's, uerus prælatus falſus paſtor.

Verus prælatus eſt, qui legitimo titulo in cathedra Petri ſedet. Iuſtus uero titulus cẽſetur, q uel canonica electiõe uel ſupioris collatiõe ꝓuenit. Sequiť igiť ꝙ ſepe uer⁹ Papa eſt pſeudo apoſtolus, uerus prælatus falſus paſtor, uerus præſidẽs falſus epiſcopus. Oportet ergo populum ſepe perferre pſeudo apoſtolos & euangeliſtas, pſeudo epiſcopos, pſeudo paſtores, alioquin peior fiet ſciſſura.

¶ Papa qñ nõ edificat, nihil facit, niſi periculoſe.

Papa debet eſſe prudens & fidelis ſeruus, queãdmodum egroto medicus peritus ac diligẽs. Vñ ſicut egroto medicus imperitus aut negligẽs nihil facit, niſi periculoſe, Sic ſũmus Põtifex, quicqd nõ fida & ſapiente integritate facit, aut cõtra hæc facit, nihil eſt qđ facit. Quia cõſtitut⁹ ut edificet, qñ nõ edificat nihil facit. Qui cõſtitutus ut diſpẽſet, q nõ fideliter diſpẽſat uere diſſipat. Sub temulento & pfido mercenario paſtore grex perit. Cui ebrio ſomnelento ſecuritatem promittenti, nemo de grege ſapienter credit.

Longe ergo aliter petro & apoſtolis, domin⁹ Ieſus claues regni celorum tradidit, aliter noſtris prælatis. Prudens em̄ & fidelis ſeruus conſtitutus ſuper familiam domini ſui, dat eis menſuram tritici in tempore, hoc eſt, papulum altiſſimū omnium ſtudiorum pietatis ſollicitudine, cura peruigili, oratione, doctrina, bono exemplo, præcedens, proficiens ſubditisquantū ſolet caput ſanū ac dignū prodeſſe in populo. Noſtris uero prælatis negligentiam, laſciuiam, incuriam, pōpam, pręeminentiam, cenſuram, rigorem, ſecuritatem mādatorum, tutelam conſeruandæ prælationis. Has ego non puto claues regni celorum, imo puto clauem eſſe phariſeorū qua nec ipſi ingrediuntur cum per iſta nō ingrediātur, & alios ingredi nō ſināt malo exemplo corruptos & impeditos. Quātūcūq; certēt pro claue poteſtatis, & uere certēt, q̄a reuera clauis eſt, magis clauis eſt & uerior clauis pietatis, ſine qua nihil facit clauis poteſtatis, & ubicūq; fuerit ſemper inuenit ſibi coniunctā clauem poteſtatis, Nunq̄ per has artes Petrus, Paulus ianuam regni celoꝝ gentibus aperuiſſent. Nunq̄ ſuo conſilio, ſuo ſtudio, ſuo exemplo duxiſſent liberaſſent a iugo ſeruitutis & corruptionis. Liquet hoc ex familiaribus eoꝝ, qui quāto magis illoꝝ conſcij, tāto ſunt morum ſocij. In omnibus em̄ cathedralibus eccleſijs collegiatis, ubi ſunt craſſiora beneficia, ſemp qui claues anteter/reas habent, primi ſunt ex domo Papæ & cardinalium, qui quales in edificatione ſunt, niſi qualiter ibidem unde uenerunt inſtituti ſunt. Nūq̄ hoc faſtu Cardinaliū cū Apl'is & diſcipulis, uel in Hieroſolymis p̄ſide Romano ac Pontificibus, nūq; Antiochiæ, nunq; Romæ, niſi maioribus armis inuito Nerone, inuito ſenatu ianuam regni aperuiſſet, ianuā dico regni celorum, quia ſui regni fortaſſis ita potuiſſet aditum aperire. Sed poſtq; per ſp̄m ſanctū charitas diffuſa fuit

Prælatorū noſtri temporis tāgūtur ſtudia.

Sine claue pietatis, nihil facit clauis poteſtatis.

in cordibus eorum, & per charitatem confirmati ſunt, & p charitatem & fortitudinem animati ſunt euangelizare & pati pro ſalute credentium cooperatus eſt eis dominus, ut oſtium ſalutis ac regni aperiretur credentibus, nõ fidem dãte Petro interius, ſed exterius tm̃ ſeminante uerbum euangelij in quo nulli uel gratia, uel ſapientia, iuſtitia eſt magis q̃ in libro ſcripto uel impreſſo.

¶ Declaratio uerbi Apoſtoli, Non eſt poteſtas niſi a deo.

NOn perfunctorie aut ſuperficialiter legendum aut intelligendum uerbum apoſtoli ad romanos. Nõ eſt poteſtas niſi a deo, & quę a deo ſunt ordinata ſunt. Itaq̃ qui poteſtati reſiſtit, dei ordinationi reſiſtit. Poſſunt enim qui in poteſtate tam corporali q̃ ſpũali errare & grauiter errare, ut in uia dei ſcandaliſent ſubiectos, & obedientes in mortalem errorem precipitarent. Liquet hoc de Romanis Imperatoribus Chriſtianæ fidei & pietatis perſecutoribus, quibus forti conſtantia Laurentius & Vincentius reſtiterunt. Imo ſi populus pietate incenſus arma contra furentes illos Imperatores mouiſſet, & ita illorũ inſaniã cohibuiſſet, nõ putarem in hac ſeceſſione mortaliter populũ peccaſſe. Imo Auguſtinus necem dñi refert in tacitum plebis conſenſum, quod principibus molientibus non reſtiterunt. Et Hieronymus aperte ſanctam ruſticitatem aſſerit nocere in eccleſia dei, quãto deſtruentibus eam non reſiſtit. Et Ambroſius, una cum Gregorio, uolunt non carere ſcrupulo ſocietatis occulto, qui manifeſto ſceleri deſinit obuiare. Scelaratis ergo poteſtatibus oportet obuiare, niſi uelim⁹ occulta ſocietate participare. Verba ergo Apl'i de Poteſtate ſicut alibi moderatur ipſe dicens. Non eſt poteſtas niſi in edificationem. Intelligenda ſunt, quatenus eñ edificat poteſtas a deo eſt, & quatenus non edificat, qui reſiſtendo edificat,

Quòd malis principib⁹ reſiſtendum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

a deo poteſtatem reſiſtendi habet. Poſſe igitur edificare poteſtas a deo eſt. Et qui plus edificat plus in poteſtate eſt. Plus igitur in uera poteſtate Paulus q̄ Petrus, plus Bernardus q̄ Innocentius uel Eugenius, plus Frāciſc⁹ q̄ Honori⁹.

Subditi prę cipiūt̄ monere p̄latū.

¶ Precipiuntur ſubditi monere prelatū. Dicit archippo. vide miniſterium tuum ut impleas illud. Imo p̄cipiūtur ſubtrahere ſe ab omni fratre ambulante inquiete & inordinate. Igitur multo maxime a p̄lato corrupto.

¶ Clerus corruptus maxime eccleſiam deſtruit.

Nemo magis eccleſiam deſtruit q̄ corruptus clerus, Deſtruentibus eccleſiam omnes Chriſtiani tenentur reſiſtere, uſq; etiam ab ultimos puta ruſticos. Iuxta illud. Sācta quippe ruſticitas quātū eccleſiam dei edificat uitę merito, tantū nocet ſi deſtruentibus eam non reſiſtit.

¶ Inſolentia p̄latorꝝ & principum, oritur ex nequicia & ſtulticia populi.

OMnis error, omnis licentia, omnis inſolentia p̄latorꝝ, principum & regum ex malicia, nequitia, ſtulticia populi ortum habet, Patet hoc ſatis ex bonis, magnis, q̄buſq; ciuitatibus, ubi minor principū licentia, magis aūt ex optime rectis optimorꝝ religioſorꝝ monaſterijs, ubi nihil ſibi licere p̄latus eſtimat, p̄ter rectū, & ſi qn̄ aliter putaret nō diu ſineret. Maxime aūt ex facto Ioannis Baptiſtę regē arguentis de his quę nō licebāt, inſolentiā regis nō admittētis. Et ſi plurima populi pars fuiſſet eiuſdem ſapientię, niſi corrigeret, nō eum regno ſuſtinuiſſent. Tales igit̄ uti oēs ſunt principes ex populi peccatis uelut ex originis nido pullulātes. Nihil mirum ergo ſi uipera ſuo partu damnificetur, ſi in re familiari ac dura ſeruitute calūniam patiatur a principe popul⁹ foris, quia nulla dāna pietatis ac religiōis in deū p̄ſentit. Sentiat foris, ut p̄ſenſa foris uexatio aliqn̄ det intellectū

auditui, ad ſentienda maiora interiorꝝ bonorꝝ detrimẽta.

De diſpenſatiõe p̄latorꝝ vnde habeat fundamẽtũ, & qñ nõ opus eſt eam petere. Et quare petitur.

Mandatorum implendorꝝ eſſe nõſolũ differẽtias etiã ante declarationem euãgelij ſed eſſe gradus, iudeorꝝ ſcribę cognouerunt. Sed & dñs Ieſus ſui oris oraculo explanat dicens. Primũ oĩm mandatorꝝ, diligas dñm deum tuum ex toto corde tuo, ex tota aĩa. &c. hoc eſt primũ mandatum. Secundũ aũt ſimile eſt illi, Diliges proximum tuũ tãq̄ teipm̃. Et cõfitentem ſcribam, hęc eſſe maiora omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs, dñs Ieſus uelut uera confitentem cõmendauit, nõ eum longe eſſe a regno dei. Verum erat, hęc duo maiora eſſe omnibus holocauſtomatibus. Hic aũt gradus maioritatis tantam habet uim, ut in cauſa coincidentię duorꝝ legis mandatorꝝ ſemper maius ac primum mãdatum, minoris obligationem excludat. Non eñ in lege dei eſt cõtradictio, & ideo ſeruis dei nõ eſt perplexitas. Et ſup hac ueritate ſolida fundatur omnis p̄latorꝝ licentia diſpenſandi. Imo quia in lege dei contradictio eſſe nõ poteſt, ac per hoc neq̄ ſeruis dei perplexitas. Tenetur omnis fidelis dei ſeruus, mox abſq̄ quacũq̄ diſpenſatione minoris mandati ſeſe promptũ accingere ad maiora, qñ non poteſt utrũq̄. Docet dñs Ieſus de coincidentia duorꝝ legis mãdatorum De honorandis parentibus, & de offerendis muneribus, quorum primum naturale & neceſſarium, reliquum uoluntarium & liberum. Omnibus eñ holocauſtomatibꝰ & ſacrificijs maius eſt non ſolum parentum neceſſitatibꝰ, uerũ etiam proximorꝝ indigentiæ ſubuenire, etiam ſi ſacrificium uoto & iuramento firmaueris. Sed quod in talibus diſpenſatio petitur, fit aut propter metum ignorantię ꝑpriæ, aut uexationis aliunde.

Diſpenſationis fundamentum.

Seruis dei nõ eſt perplexitas.

Diſpẽſatio quare petatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

VVESSELVS DE SACRAMENTO PENITENTIE ET QVE SINT CLAVES ECCLESIE.

De poteſtate ligandi & ſoluendi.

DOC. VVESSELVS in quadam epiſtola de poteſtate ligandi & ſoluendi.

Poteſtatem ligandi & ſoluendi quō apſ́i habuerunt.

VERVM eſt, Petrus & omnes Apoſtoli habuerūt in terris poteſtatem ligandi & abſoluēdi, ſed hoc miniſterio, non imperio. Poterant miniſtrare uerba euangelij, & credentibus miſteria gratiæ, ſacramenta chariſmatum, p̄cepta ſalutis, quæ quicūq; pie recipiebant, uere ſoluebantur a uinculis diabolicæ captiuitatis. Non aūt credo fuiſſe in arbitrio Petri, quos uellet a uinculo Sathanæ ſoluere, aut illo ligare. Quemadmodū unus tm̄ qui baptiſat in ſpū̄ſancto, ſic unus tantū qui ligat & ſoluit, ligat inquā & ſoluit imperio. Quo enim imperio Papa ſolueret, qui neſcit ſolutus, utrum ſolutus ſit a uinculo Sathanæ an non?

¶De claue eccleſiæ non errante.

TV igitur cautus ad conditionalem, tāq; inexpugnabile uallum refugis dicens. Hoc tm̄ firmum fore, quod in huiuſmodi Papa ſtatuerit, claue non errante & Chriſto non reprobante. Quid queſo neceſſaria conditio illa, Claue non errante. Quæ nam clauis illa regni celoꝝ? Et qs error eius clauis. Clauem igitur talem ponis quæ errare poſſit, & ſimul efficax & legitima regni, & regni celeſtis clauis eſt? O formidoloſum regnum, cuius portæ ſeræ uectes claues huiuſmodi ſunt, quibus error & falſitas & ignorantia ſubrepere poſſunt. Clauis quam Auguſtinus explicat, charitas eſt per ſpm̄ſanctum diffuſa in cordibus filiorum regni.

Has duas claues dominus Ieſus ante reſurectionem petro promiſit quando dixit. Tibi dabo claues regni celorum, Et quodcunqȝ ligaueris ſuper terram erit ligatum & in celis. Et quodcūqȝ ſolueris ſuper terrã. &c. Has item claues poſt reſurectionem non uni, ſed unitati donauit, quando īſuffla uit in eos dicens. Accipite ſpiritum ſanctū, Quorū remiſeri tis peccata remittuntur eis, Et quorum retinueritis retenta ſunt. Iſtas duas claues penes Auguſtini ſententiam nequa quā uel Chriſtus aliquando reprobat, neqȝ aliquando errare contingit. Quia charitatem per ſpiritum ſanctum diffuſam in cordibus filiorum dei, & ſpiritum ſanctū clauis regni ex ponit. Et ſoluere & ligare dicit ſimilitudine charitatis in cō ſortium recipere, uel diſſimilitudine a cōſortio excludere. Et quia ſic in conſortiū ſimilitudinis recipere, pietatis ma gis eſt, q̄ autoritatis. Quiſqȝ ſanctorum, nullo ſexu uel con ditione prohibetur ligare & ſoluere. Neqȝ hāc ligationem Chriſtus reprobat, quia neqȝ aliquando errare contingit. Si uero clauem errare dicas, quādo errat is cui commiſſę claues ſunt, non uerbis pugnam paro. Qm̄ ego ſententiæ Augu ſtini fixus hereo, quæ talem nutantium uerborum ambigu itatem non formidat, immo ſic totus in tuā ſententiam ac cedo. Cōfitens primum & ſanctiſſimū Papam Petrum gra uiter erraſſe, quo poſtea ſciret eccleſia non ſeſe ligatam ſum morum pontificum determinationib⁹, quin in diſſidentia fidelis omnis teneatur, exemplo ſancti pauli pro regula fi dei, contra Papam in faciem ſi non aliter coram omnibus reſiſtere. ¶ Adducis uerbum uenerabilis illius uiri Tho me de curſellijs uolentis Petro dictum. Quicquid ſolueris, non ei dictum, Quicquid dixeris, Et bene allegatū & dictū uerbum ad ueritatem. Sed nondū per hoc ſatis declaratum ſed plus oportuit adijcere, quō ſcilicet & partim ligaret

Soluere & ligare quō poteſt oīs fidelis.

& ſolueret,quo uerbum Chriſti clarum & lucidum & indu
bitatum fieret. Ego aūt ſic accipio, Quod miniſter Chriſti,
ſi ſecundū traditionē Chriſti & euangelij miniſtraret, ſiue ſi
dei uerbū,ſiue fidei ſacramentū,ſiue charitatis exemplū Et
ſubditi ſiue auditores fideliter accipiant, ꝙ reuera fidei &
pietatis miniſterio ſoluet & liget in terra,ligata & ſoluta in
celis. Et quacūq; alia uia uel ſoluere uel ligare tentet, nihil
eſſe quod facit. Nihil enim niſi ſalutare pietatis miniſteriū
Petro puto & ſucceſſoribus ei⁹ ꝓmiſſum. Et hoc interī,do
nec per te aut alios fuero ſanius informatus. Neq; parum
horrori mihi eſt uerbū illud tuum quo mones, Quod ma/
gis mihi ꝓ ratione eſſe debet autoritas Papæ, Nunq; Pari/
ſienſi facultati Theologicæ,nō dico ratione maior fuit, im
mo nunq; fuit pro ratione Clementis Papę auctoritas, qn̄
temeritatem illius angelis præcipientem reprehenderunt
& correxerunt. Quando cruce ſignatis ad eorū uota tres
uel quatuor animas ex purgatorio quas uellent elargiebat.
Item quando indulgentias a pena & culpa publicabāt. Ho
rum tamen eorū hodie plumbatæ bullæ reperiuntur. Tu tn̄
mones in huiuſmodi autoritatem papæ, non ſolum pro ra/
tione ſed ſuper rationem mihi eſſe debere. Quæ queſo in his
ratio mea,nonne ſcriptura ſacra. Nunquid uis papæ auto
ritatem ſupra ſacram ſcripturam ferre. Papę uoluntas,&
ſcripturę autoritas,non æque conſtituta ſunt. Vt uoluntas
Papæ ſecundum ſcripturæ ueritatē. Nō ueritas ſacræ ſcrip
turæ a Papæ uoluntate regulanda ſit ¶ Et hinc uelut mi/
noris momenti fundamento,adijcis prælatorum autoritatē.
Et ne quid ſumme deſit, addis inſuper doctores De præla/
torum autoritate quod allegas, non aliud puto ꝙ principiū
petere. Doctores pleriq; quantumlibet indulgentiarum cō
ceſſionem non peruiſpēdendā eſſe dicant, ſed in fide ſpe &

Quō ligat & ſoluit miniſter eccleſiæ,

errores clemētis Papę

charitate Chriſti amplectandam. Neq; enim peruipendendã duco qui deuote in fide ſpe & charitate Chriſti dona eccleſiæ in clauibus complector. Et ꝙ præmiſſa Auguſtini uerba non contrarientur uerbis domini. Quodcunq; ligaueritis &c̄. oſtendit Magiſter in quarto ut ſit ſenſus eorum. Nō quoſcunq; uolueritis ligare, aut putatis ligare, ſed in quos uerum iuſtitiæ & miſericordiæ opus exercetis. Alter opera ueſtra in peccatores non agnoſco, &c̄. ſecũdum hanc Auguſtini ſententiam concorditer ad ſuperiorem, ſoluere & retinere peccata principaliter ſolius dei. Eccleſiæ tamen participatione per ſpiritum ſanctum eccleſiæ datũ principaliter dimittentem & retinẽtem. Et ſubdit. Peccata igitur per eccleſiã dimittuntur, quando aliquis eccleſię ſanctorum coniungitur. Et per eccleſiã peccata retinentur, quando a caritate eccleſiæ excidit. Iũgente uel excludente ſpiritu dei eccleſiæ donato, per quem ordo & miſterium & regimen in eccleſia &c. Circa p̄miſſa adducit Hieronimum his uerbis Hunc locum quidam non intelligentes aliquid ſuſcipiunt de ſupercilio phariſeorum, ut innoxios damnare, uel ſoluere noxios poſſe putent, cum apud deum non ſententia ſacerdotum, ſed reorum uita inquiratur, &c̄. hæc ibi.

Explicanẽ uerba Chriſti, q̄dcũq; ligaueritis,

¶ De clauibus eccleſiæ quid ſentiendum.

Tanta eſt in uniuerſo orbe terrarum diffuſæ eccleſiæ latitudo, tanta eſt omniũ fidelium multitudo, tanta ſtudiorum & uoluntatũ uarietas, ut nullius unius hominis induſtria, etiam ſumma diligentia inuigilantis, idoneam eorum curam gerere poſſet, in his q̃ ad deum ſunt, imo nec unius quidem ſolius. Quotidie nõ dico, neq; ſingulis horis, hoĩes aliter atq; aliter in his q̃ dei ſunt habẽt ſed oĩbus momentis, aut excidunt a uita quę in deo, aut reuertuntur ad uitã ſpiritu ſcõ uiuificãte, charitatem ac gratiam diffundente in corda eorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Quæ autem tunc eccleſiæ claues reuiuiſcentibus illis eccleſiam aperuit, ubi nullus eccleſiæ miniſter interuenit? niſi clauis illa quæ cum claudit, nemo aperit, & cum aperit, nemo claudit? Clauis hæc ſpiritus ſanctus eſt, & gratia dei data per eum, & charitas dei diffuſa in cordibus uiuificatorũ.

Spiritꝰ ſanctus & gratia dei eſt eccleſia.

¶ Dicit hic aliquis. Quid ergo Petro datum in uerbo domini? Duo dico data petro. Primum, claues regni celorum & hæ ſimiliter datæ (licet non equaliter) omnibus filijs dei ſpiritu ſancto uiuificante uiuentibus. Et his clauibus fideles omnem pium ad mittunt, omnem impiũ excludunt, quocunq; etiam ſtatu aut dignitate fũgentem. Secundũ, Petro datum eſt paſtoralis curæ debitum. In quo ſi officiũ integrũ preſtet, duplici honore dignus habebitur. Officium aũt hoc in his eſt, qbꝰ baptiſatꝰ cũ baptiſatis conuiuere tenet. In his eñ quibus ethnicus cũ ethnico conuiuit, Papa a Chriſto nõ accepit paſtoralem commiſſionem. Neq; in quibus deo ſoli officium ſuum homo negat aut exhibet, Papa a Chriſto cõmiſſionem accepit. Sed in his tantũ quibus Chriſtiana multitudo inuicem communicans, prælatorum iudicio innoteſcere poteſt. Non eñ præcepit Petro uiuificare ſpiritu mortuos, non deijcere a uita uiuentes. Vt uel det non habentibus caritatem, uel habentibus adimat.

Claues regni celorum oẽs fideles

In quibus Papa a Chriſto cõmiſſionẽ accepit,

¶ Chriſtus promittendo claues, promiſit ſpm̃ ſanctum.

Dominus Ieſus quando promiſit petro claues regni cœlorum, ut quicquid ligaret in terris ligatum eſſet in cœlis. Nihil aliud promiſit ꝗ ſpiritũ ſanctum, & per ſpiritũ ſanctũ caritatem diffundẽdam in corde Petri. Hoc enim idem tũc promiſit, quod poſt reſurrectionem abſoluit, quando inſufflauit in Apoſtolos dicens. Accipite ſpiritũ ſanctũ, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorꝫ retinueritis retenta ſunt eis. Spiritus ſanctꝰ datus in cordibus filiorꝫ dei

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

tantã gratia ſapientia charitate ſimilitudinem operatur, ut prorſus deiformes ac dīj fiant unus cũ deo ſpũs, qui ſic ſpũ aguntur, ut in omnibus uijs & actionibus ſuis pure, recte, integre agant, In alioꝝ iudicio ſapienter iuſte cõcorditer deo iudicant. Quos ergo deo gratos gaudent & acceptant, uere gaudẽt, uere acceptant, uere mundos iudicant, uere iudicat etiam deus mundos & gaudenter acceptat. Nõ tamẽ ipſi mundant, neq; quia illi mundos iudicant, ideo deus eos mundat, ſed quia deus acceptat & mũdat & remittit, acceptant & remittũt ipſi motum zeli quem ante habuerunt aduerſum illos dum adhuc eſſent peccatores. Hic iam facile uidere eſt in ſacramentalibus, & iuſtificatione impij quam habeat p̃latus ex officio poteſtatem. Nam in hac & ex hac Petro facta pollicitatione nihil amplius habet Papa ꝙ quantum ſortitur de ſimilitudine Petri. Quantũ eñ in actione per ſpm̃ſanctum caritate & ſapientia agitur, eatenus habet claues & non amplius.

De poteſtate prælatorũ in ſacramẽtalibus.

Item Qui dixit. Quodcũq; ligaueris. &c. Idem dixit, Non eſt ueſtrũ noſſe tempora uel momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Et quæ eoꝝ nõ erat noſſe, nõ fuit eoꝝ poſſe reſtituere regnum Iſrael, multominus reſtituere regnum celoꝝ, quod maius regno Iſrael erat. Iuxta illud. Si nõ poteſtis quod minus eſt, quõ quod maius eſt poteritis? ſuæ eñ dũtaxat poteſtati deus hæc reſeruauit.

¶ De poteſtate Papæ & p̃latoꝝ in excõicationibus & indulgentijs.

Pari paſtu autoritatis ſeu poteſtatis clauium ambulãt indulgentiæ & excõicatio. Neq; plus poteſt Papa in recõciliandis deo aĩabus, ꝙ poſſit alienandis. Sed in excõicandis nihil poteſt niſi per forum eccleſiaſticum, foris ad oculũ ſeparare, & deſtituere, etiã corpora mortuoꝝ eccleſiaſticæ ſe-

pulturæ. Similiter in indulgentijs a uinculo canonũ & cenſuris liberare. Deo aũt p̃ter ſimplicem uſum aut abuſum fidei, ſpei & charitatis nihil eſt quod conciliare, aut alienare poſſet. Non em̃ reconciliatus deo per gratiam ſacramentalem & caritatem, plus ei reconciliatur arbitrio aut eſtimatione Papæ, uel excõmunicatione Papæ magis alienatur a deo. Non em̃ liceret excõicare, ſi magis alienaret a deo. Nõ em̃ licet ei facere magis peccatores. &c.

Fidelis ſeruus & prudens qs ſit.

¶ Fidelis & prudens in domo dñi ſui ſeruus, nihil facit p̃ter & extra uoluntatem dñi ſui, & quicquid facit in domo dñi ſui, dñs ratum & firmum habet. Scit em̃ omnem uoluntatem dñi ſui, quia prudens, & eam ſemper facit quia fidelis. Quicquid ergo uult prudens & fidelis ſeruus, uult & ratificat dñs eius. Firmum ergo eſt & ratum in celo quicquid fidelis & prudens ſeruus deſyderat, quicquid odit, quicqd deteſtatur, quicquid laudat, approbat, fauet, iudicat mundum pollutum. Nec ad hoc eũ ordinis dignitas autenticat, ſed caritas per ſpm̃ſanctũ diffuſa in corde. Fit ergo ut horum deſyderioꝝ, fauorũ & iudicioꝝ ratitudo, nõ ex autoritate prodeat, ſed ex cõformitate ad rectitudinem primam primo iudicantem, ſoluentem primo aut ligantem primo. Cui quãtũ iudicando cõformatur rectitudine, tanto etiam ſociatur autoritate, & participat in bono opere. Non em̃ in ligãdo aut ſoluendo p̃cedit ligantium aut ſoluentium hoĩm iudiciũ, ſed ſequitur. Et hoc ſignificat in uerbo ſuo dñs Ieſus. Accipite ſpm̃ſanctũ, quoꝝ remiſeritis peccata, remittuntur, & quoꝝ retinueritis, retenta ſunt eis. Quaſi apertius diceret, Quoꝝ peccata per acceptũ ſpiritũſanctũ retinueritis aut remiſeritis, proculdubio retenta aut remiſſa ſunt. Sed quiſq; fidelis & prudens eſt in domo dñi, hic ſpiritũſanctũ accepit, neq; uel impudenter uel infideliter, uel contra ſpm̃ſanctum

Non ordĩs dignitas, ſed caritas ſoluit & ligat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

remittit peccata aut retinet, neq; deo præiudicare contendit. Et facile quicquid poſt iudicantem deum prudenter & fideliter iudicat, ratum inueniet in celo. Neq; ad hæc plus facit autoritas prudentis & fidelis Epiſcopi preter miniſterium, q̃ flagrans caritas fidelis & diſcreti iuſti. Imo neq; ſexus femineus obſtat, quin ſi fidelis & prudens caritatem habeat diffuſam in corde ſuo poſſit & ipſe conformiter ſentire, iudicare, fauere, diffinire diuino iudicio. Huiusmodi em̃ claues, ueræ claues regni celorum ſunt, quibus omnibus filijs dei regnum aperitur, & efficaciter ianuam regni aperiunt. Nõ plus facit ep̄s quã ali⁹ fidelis p̄ter miniſterium.

¶ De duplici ſacerdotio.

Duplex eſt ſacerdotium, unum ordinis & ſacramentale. Alterum naturæ rationalis & commune omnibus. Secundum ſine primo ſatis eſt. Primum ſine ſecundo reatũ habet. Secundum, gratiam affert, Secundo Antonius ſupra multos Epiſcopos, & coriarius ſupra Antonium.

APOSTOLI conſecrabantur & inungebantur in ſpiritu ſancto. Quoniam ſpiritus ſanctus ipſe eſt ungentum quod nobis Chriſtus ſua morte promeruit. Ideoq; omnes baptiſati ſumus & inuncti in morte Chriſti & in ſpiritu ſancto. Inuenimus nãq; Chriſtum conſecraſſe Apoſtolos & diſcipulos, receperunt enim omnes ungentum ſpiritus ſancti. Nullo quidem alio oleo ſeu chriſmate uſus eſt Chriſtus in Epiſcoporum ac ſacerdotum ſuorum conſecratione. Sed propter reuerentiam ac dignitatem ſancta eccleſia plurima ordinauit, quibus cultus ſacramẽtorũ redimitus eſt, q̃ i primitiua eccleſia fieri nõ ſolebãt. Ap̄ls ad Heb. iiij. Impoſſibile ẽ ſanguine hircorũ aut taurorũ auferri p̄ctã. Chriſma noui teſtamẽti ẽ ſp̄us ſanctus Cõſecratio ſacerdotũ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Non ignorabat Apl's legalia ceremonialia diuinitus fuiſſe inſtituta, & eodem autore quo nouæ legis ſacramenta, uñ ut quæcũq; ſacramenta eſſent, neceſſe erat ut filius ueniret, ut ſingulari ſacrificio placens, faceret dei ſui uoluntatem. Eadem etiam ratione de ſacramẽtis nouæ legis. Adeo enim impoſſibile eſt aqua uel oleo peccata auferri, quatenus hircorum ſanguine, & eodem autore inſtituta ſunt.

Pc̄tōrē ſacerdos non ligat.

Valde in abſolutione fori penitentialis conſyderandum quod peccator tenetur ligatus uinculo, quo ſacerdos eũ nõ ligat. Peccatum eñ dũtaxat ſeparat a deo, quia illi ſoli peccatur, cui ſi unitus fuerit, mox a uinculo mortis iterum ſolutus liber eſt in actum amoris, honoris & ſancti timoris, In hanc libertatem quiſq; reſpirare poteſt per nomen Ieſu & per nomen trinitatis & per nomen dñi credendo cũ pietate, quia turris fortitudinis nomen dñi. Quia qui credit in Ieſum hic habet uitam æternam, quia uiuit adeo ut poſſit ordinate creſcendo proficere, fides eñ ueram uitam habet.

quare confitendum.

Non tamen hic uolo quin debeant confiteri, ubi commode poſſunt, ut qui uiuifice uident magis uideant, & qui uere uiuunt perfectius uiuant. Semper eñ cum pietate ſubeuntibus efficatia ſunt ad maiorem gratiam ſacramenta, Niſi quando maioris pietatis fiunt impedimenta, Vt in quibuſdam uocalem confeſſionem ita ſectantibus, ut maiora legis, charitatem, cordis pacem interiorem, pſalmodiã impediant. His nõ tam ſacramenta q̃ impedimenta ſunt, quare in quibuſdam ad horam intermittẽda. Hoc niſi Paulus, Antoniꝰ Macharius, Arſenius ſenſiſſent, magno ſpiritualium damno latuiſſent in ſolitudinibus uacantes ab eccleſiaſticis.

De uocali cõfeſſione, qñ ommittenda.

Sunt colligationes impietatũ & uincula impiorꝫ, quæ mo nemur dirũpere, ſed hæc non poteſt ſacerdos poteſtate ſua nec Papa ipſe ſoluere, niſi peccator ipſe diuinitus adiutus ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

proijciat a ſe iugum quod portabat cum impijs. Poteſt aũt eſſe miniſter uerbi & p̄dicator, quo audiens cõuertatur, & cõuerſionem eius deſyderare & orare, cõuertere nõ poteſt. Vnde ad cõionem pio℞ recipere. Nec ſunt ulla ſacramenta diuinitus ad hoc data, quibus ſolis efficaciter impius cõuertatur, ſed bene, quibus cõuerſus adiuuetur. Vnde ſecũdũ ordinem diligendo, primo unitur deo, quia filius dei reſtituitur. Deinde filijs dei frater efficitur, & eo℞ cõitati reſtituitur, Vnde in hac ſolutione equaliter per omnes filios dei in fraternitatẽ accipitur, ſiue ſit Auguſtinus in Hiſpania, ſiue Papa in Italia. Omnes in hac receptione & participatione ſinum charitatis expandunt, ubi diuinitus in filium dei ſumitur. Difficultas ergo multo℞ in hac materia eſt ex cõfuſo intellectu rem a re nõ diſcernentium. Quia ſi diſcernerent, p̄fecto, nõ ita fluctuarent, neq̨ tam ambigui cõfunderent. Multa em̃ mala in populo dei ex uerbis cõfuſe prolatis, ut ignorantia, ambiguitas conſilio℞, inopia, perplexitas error, hereſis, præcipitium, corruptio gregis &c.

Solis ſacramẽtis ipius nõ cõuertit ſed conuerſus adiuuat

de mõ quo pctõr deo & eccleſiæ reconciliat

¶ Non eſt in morte qui memor ſit tui, in inferno quis confitebitur tibi.

NVllus aũt confitetur niſi memor. Nullus memor niſi iuſtificatus ad uitam. Nemo uiuit, manẽs gehennæ filius. Patet ergo quod anteq̃ quis confiteatur peccatũ ſuum, iam a reatu ſuæ præuaricationis quo æterna ſibi ſupplicia debebantur per gratiam internæ cõpunctionis abſoluitur. Auguſti. de peni. ca. Si cui. & arguit ibidẽ ſic. Si ergo anteq̃ quis cõfiteatur reſuſcitatus uiuit dum cõfitetur, ſicut anteq̃ reſuſcitaretur a mortuis confiteri nõ poterat, ſic poſt reſuſcitationem mortuus cõfiteri nõ ualet, reſtat ergo ut reſuſcitatus uiuat dũ peccatũ confitetur. Habet utiq̨ ſuum reſuſcitatorẽ p̄ñtem ſeq̨ inhabitantem, q̃m ut ſubdit ibidem.

Anteq̃ q̃s cõfiteat eſt abſolutus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Sicut corpus abſente anima uiuere non poteſt, ita niſi deo
pſente inhabitante,uiuificante,anima uiuere nõ poteſt. Ha
bet itaq; anima ſibi deum pñtem per gratiam,quæcũq; ui/
uens peccatũ ſuum cõfitetur,eamq; iam deus qui uita eſt in
habitat,quam inhabitando uiuere facit. Si aũt illam inha/
bitat,iam templũ ſpũſſancti facta,eſt illuminata. Eſt ergo
a tenebris peccatoꝝ expiata,ergo tẽplũ diaboli eſſe deſijt,
quæ ad lucem redijt,cuius reſpectu tenebræ fugant̃. Nul
la eñ (ut ait Apl's) cõuentio Chriſti ad Belial,aut quæ cõ
municatio templo & idolis. Templũ ergo dei eſt,in quocũ
q; ſacrificiũ laudis honorificat deum. Quõ mortui laudabũt
te dñe.quicũq; ergo deum laudant, magis uiuunt q̃ qui ſua
peccata confitentur dño aduerſum ſe. Plus eñ delectari in
dño q̃ ſua peccata deteſtari,ſed maiore uita uiuit qui deum
diligit,multũ q̃ qui ſacrificio laudis deũ honorat. Vera igit̃
ſatisfactio nihil aliud eſt q̃ perfecta uita in deo.quanto eñ
imperfectiore uita uiuit,tanto adhuc a uita diſtat.& quãto
uiuit,tanto habitantem in ſe uitam habet. Omnis enim q̃
odit malum,uenit ad lucem, ſed huius odij argumenra ſunt,
cõfeſſio,deteſtatio,ſatiſfactio. Magis eſt amare lucem q̃ odi
re tenebras. Qui aũt laudat lucem, iam amat,& qui multum
diligit magis amat. Ab his ergo nõ oportet odij argumen/
ta exigere,ſed fouere & ꝓmouere in inſtituto. Non enim
a potiore uita reuocandi ad inferiorem. Vnde erraſſe pu/
to, ſi quis Magdalenã propter ſatiſfactionem uoluiſſet ad
miniſteria elemoſynaꝝ a ſua uacatione reuocaſſe. Vnde ex
preſſe ſubdit ibidem poſt pauca. Cum ergo ante cõfeſſionẽ
ut probatũ eſt, ſumus iuſtificati per gratiam & filij lucis fa
cti, euidentiſſime apparet q; ſola contritione cordis abſq;
oris confeſſione peccatum remittitur. Et poſt pauca ibidẽ.
Non ergo in cõfeſſione peccatum remittitur, quod iam re

Aĩam deus inhabitat quã uiuere facit.

Satisfactio eſt perfecta uita i deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

miſſum eſſe probatur. Fit itaq; confeſſio ad oſtenſionẽ pe nitentiæ, nõ ad impetrationẽ ueniæ, queadmodũ circũciſio data eſt Abrahæ in ſignum iuſticiæ, quæ erat in præputio, nõ in cauſam iuſtificationis. Ita ſacerdoti offertur cõfeſſio in ſignũ acceptę ueniæ, nõ in cauſam accipiẽde remiſſiõis.

Fides nr̃a nõ homini, ſed deo obligatur.

¶ Fides noſtra, nõ homini, ſed deo obligatur.

CRedere domino deo patri, latria eſt. Vnde quod credit eccleſia, nulli mẽbro eccleſiæ credit. Credit enim in deũ & credens in deum, credit in Ieſum Chriſtum qui deus eſt, credit & in ſpiritũſanctũ loquentem per Apoſtolos Euã geliſtas Prophetas. Recte ergo monet Paulus nõ credere ueuienti cuiq;, p̃ter id quod acceperant ab Apoſtolo docẽ/ti, Etiam ſi ueniret angelus de celo, etiã ſi ueniret Ap̃ls ip̃e docens aliter q̃ ante per eũ docuerat ſp̃ũſanctus. Nõ enim in Petrum aut Paulum credit eccleſia, neq; in angelũ de ce lo, neq; in aliquã partem eccleſiæ, neq; in eccleſiam totã, ſed in deum ſolũ, in quẽ & ſperat, & quẽ credẽdo & ſperãdo ado rat. Verba tñ Apl'orũ Euãgeliſtarũ Prophetarũ, ſi q̃s non lo quente per eũ ſp̃ũſctõ afferat, & fideles noſtræ fidei uerita/tes firmiſſime credit, queadmodũ alibi ſp̃ũſctõ loquẽte tra/ditas. Vñ in talibus licet non loquatur ſp̃ũſctũs, loquunt̃ tñ in ſp̃ũſctõ, queadmodũ hoc alibi habet Ap̃ls. Nemo lo/quens dicit dñs Ieſus, niſi in ſp̃ũſctõ. Quæcũq; ergo eiuſce modi ſunt, ut ea nemo dicere poſſit, niſi in ſp̃ũ dei loquens, id eſt, ea loquens quæ ſp̃ũ dei aliq̃n loquente autoritatis ro bur acceperunt, ea oĩa per quecũq; dicuntur firma fide te/nenda ſunt, nõ quia ille dicit, ſed quia in ſp̃ũ dei loquens di cit. Ex hoc iam plane ſatis patet, qualis habenda doctorib⁹ eccleſiæ fides, qualis habenda ſummis Pontificibus, qua/lis item generalibus concilijs. Semper enim habenda loquẽ tibus in ſp̃ũ dei, hoc eſt, ea quæ q̃n̄q; ſp̃ũs dei locutus eſt,

Nõĩ eccleſiã, ſed ĩ ſolũ deũ credit eccl'ia.

doctorib⁹, papis, cõcilijs, q̃tenus credẽdum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Non credimus in ecclesiam catholicã, ſed in deum.

In deum em̃ credimus, nõ in eccleſiam catholicam, nõ in cõſilium latinum, non in Papam. Probabile tamen eſt fideliũ multitudinẽ, aut latinorꝝ fidelium cetum, nõ adeo diuinitus derelinqui, ut corruptis paſtoribus tradantur & deſerantur, niſi forte ꝑpter altiſſimas & abditas cauſas, refrigeſcente charitate, periculoſis tẽpibus, deus aliud ſup eccleſiam ſuam ꝑmittat, ac det eis paſtores erroris. Iam em̃ etiam generalia concilia, indulgentias plenarias publicarunt, nõ minus ſummis Pontificibus Romanis. Dico em̃ probabile, quia nõ neceſſarium, dico. Item Latinorꝝ fidelium, quia tot linguæ fidelium ultra fontes Nili, trãs Indum, Idaſpen, & extra Gangem, quo Latina decreta ꝑtingere nõ poſſunt. Dico propter altiſſimas cauſas iuſtiſſimæ & abditiſſimæ prædeſtinatiõis. Dico periculoſis tẽpibus ꝑpter abũdantem iniquitatem & refrigeſcentem charitatem, quia in illis ſurgent homines querentes ſemetipſos, contẽnentes deum blaſphemantes, illuſores, queſtum putantes pietatem.

cõcilia publicarũt etiã indulgẽtias

Contra monarchiã romani põti.

¶ Contra cõem opinionem de monarchia Romani Pontificis eſt, quod impoſſibile homini eſt fines orbis terrę noſſe, qui nullo unq̃ coſmographo omnes comprehenſi ſunt. Quõ igitur iudicabit, quos noſſe non poterit, quõ iudicabit fidem, quorꝝ linguam ignorat. Vnitatem igitur eccleſiæ ſibi ſpũſſanctus fouendam, uiuificandam, conſeruandam retinuit & augendam, non Romano Pontifici, ſepe non curã ti reliquit.

Vnitas eccleſiæ ĩ unitate fidei & capitis, nõ Petri uel ſucceſſoris

¶ Vnam eccleſiam catholicam confiteri oportet, ſed hãc unitatem in unitate fidei & capitis & unitate lapidis angularis, non in unitate directoris Petri uel ſucceſſoris. Quid em̃ potuit Petrus niſi orare cum eſſet in Italia, pro his qui apud Indos tẽtatione uel perſecutione periclitabantur, licet plus aliquid q̃ ſucceſſores potuerit. Aut quid ſubſeuiſsimi-

perſecutoribus, contra doctores errorꝝ in diuerſis mūdi partibus, quæ decreta, uel generalia concilia poterant in unitate hac ſecūda eccleſiā cōtinere. Sola igitur prima ſub eſſentialis capitis unitate unitas eſt, quod ſymbolū in illo uerbo inſinuat. Hodie nāqꝫ uere ſecūdū uerbū dn̄i, teſtimoniū euāgelij uſqꝫ in ultimū terræ receptum, & uere Chriſtiani inueniuntur ultra Hyperboreos, ultra Indos & Scythas, vltra Ethiopes, ultra Tropicum capricorni, quibus locis ac lingua diſtantiſſimis, nulla Romani Pontificis, aut noſtrorꝝ Conſtantienſis aut Baſilien̄. generaliū cōciliorꝝ decreta humanitus innoteſcere poſſunt, & nihilominus in unitate fidei, pietatis & ueræ charitatis, nobiſcū unam eccleſiam catholicam & apoſtolicā eccleſiam cōſtituunt, etiam ſi Romā aut Romanorꝝ aliquem Pontificem eſſe neſciant.

Veri Chriſtiani inueniuntur, q neſciūt Romam.

¶Non colligauit hoīm ſocietatē deus fidei uinculo, ut credat alter alteri neceſſario uerum eſſe quod aſſerit alter, ſed colligauit charitate, ut neceſſario teneatur alter alterū diligere, etiam peccatorem, quod nō oportet credere etiam uera dicenti. Poteſt eñ iuſta cauſa timoris ſubeſſe, ut non credam etiam dilecto & diligenti & uerum dicenti. Et hoc ex eodem fundamento quo nemo alterius ſcire poteſt, magis qꝫ ſi mutus, ſurdus, cecus eſſet omnis homo omni homini, non dico quin plus cōicent, ſed quo non magis quæ hominū ſunt ſciant. Cū ergo non homini credere oportet, neqꝫ Papæ oportebit. Valde eñ in ambiguo fluctuaret fides noſtra, ſi illi credendū, qui ipſemet ſepe errat, ut in & ex decretalibus cōuinci poteſt, & Rabineo Andegauis publice in cathedra arguenti mihi, confeſſus fuit inquiens, Si hæc ita ſunt, Vniuerſum noſtrum fundamentū falſum eſt. Si ergo nō canonibus iam ſolēniter publicatis, aut autentice roboratis, credere oportet, quia ſunt extra ſacrum canonem. Nō

Nō uinculo fidei ſed charitatis deus homines colligauit.

Papa ſepe errat ut poteſt cōuinci ex decetalibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Papæ ulli credere oportet, ſed diligere & uenerari & obedi re quãto recte officio fungitur.

iudicio mꝉ titudis quã tũ credẽdũ

¶ Debet quiſq; priuatus de omni celebri multitudine p̃ ſumere, ꝗ in ſuis diffinitionibus non erret, quia rationabile & pium id p̃ſumere, nõ ſolũ de celebri multitudine, ſed etiã de quolibet famoſo uiro. Sed non tenetur ꝓpter hanc præ ſumptionem præcipitare uel definire, ꝓpterea uerum eſſe quicquid illa multitudo diffinierit. Quia qui fidem ſuam deo ſecundũ ſacram ſcripturam obtulit, qñcũq; aliqua diffi nitio ſibi uidetur ſacræ ſcripturæ contraria, debet ſibi ante omnia ſuſpectus eſſe de nõ intelligẽdo ſcripturas. Et ideo diligenter inquirere, tum rationes & intelligentiam contra diffinientium, tum ſentẽtiam & uerum intellectum ſcriptu ræ contra quam ei uidentur diffinire. Sed nũq; contra con ſcientiam ſuam ſequi multitudinis diffinitionem, q̃diu ui dentur ei diffinire contra ſcripturam, ſic tamen, ut ſemper paratum ſe exhibeat credere ubi melius fuerit informatus. Non enim ſine cauſa ſtatutum eſt in concilijs, ut etiã un⁹ contradicens audiatur.

Iudiciũ mꝉ titudis con tra cõſcien tiam nõ ſe quendum.

¶ Quia in amore tota lex pendet & Prophetæ, utilius erit exercitium caritatis ꝙ ſtudium ueritatis, nõ modo ad mer cedem, uerumetiam ad ꝑfectum cognitionis, propterea em̃ leguntur literæ ſacræ ut diligatur deus. Et licet ex diligen do deum, ſacræ literæ plane fiant & aperte, non tamẽ prop terea potiſſimum deus diligitur.

Vtilius ex ercitiũ pie tatis ꝙ ue ritatis.

¶ Carnalis homo nõ ſapit quæ ſancti amoris ſunt. Igitur iudicare non poteſt, Vnde iudicium eccleſiæ & eoꝝ qui in eccleſia p̃ſident, quia ſepe carnales, animales, mundiales aut diabolici ſunt, & tamen ſuum officiũ uere adminiſtrãt, ſicut uiri ſpũales & deo pleni. Liquet. Excõmunicationes & indulgentias nõ ad ea quæ caritatis & amoris ſunt ſe ex-

Prælati ec cleſiæ, qua les ſint ali quando.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

tendere,ſed tm̄ ad exteriorem pacem & tranquillitatem ecclesiæ. Vnde, Indulgentiæ ſunt remiſſiones de his penis quas prælatus iniunxit, aut iniungere potuit. Excōicationes ſunt ſegregationes a corporali conuictu & commu nione. Nam a ſpirituali participatione timentium & amantium deum, nullus reĳcere poteſt niſi ſolus deus.

Indulgētię & excōicatiões quātū ſe extēdūt.

¶Si qui in eccleſia dei errores fiant ſiue per temeritatem, ſiue per imperitiam, ſiue per nequiciam, ſiue maliciam prę latorum in cōſtituendo, in diſpenſando, de conſtitutionibus queſtum faciendo. Cenſuras fulminando, indulgentias dando, populum dei inquietando, dominādo excōicādo. Nihil in his magis offenditur uerus amator dei, q̄ȝ in aperta infidelium pſecutiōe. Sane cui mori lucrū eſt. A deo em̄ amor dei liber eſt, ut nō ſolū nō humanis legibus, ſed neq̄ȝ Prophetis & lege Moſi etiā tp̄e q̄ adhuc ſtabat ſubdat̄. ¶Nō oīs admittēdus ad legēdū. Qm̄, q ſine caritate libertatē caritatis uēdicat, diſſolutus & effrenis uagat̄, ac p̄cepsī oē malū ruit.

In erroribus ecclīæ quō ſe habet amator dei.

¶Scientia, ueritatis eſt cōiectatrix, ſapientia ſalutis. Poteſt ergo ſcientia eſſe ſupuacua, uana, qualis eſt oīs ſciētia q̄ ex curioſitate ſequit̄ ueritatē. Quēadmodū muliebris garrulitas fatua eſt, quia ſolo fatu ſatietatē q̄rit. Sic ſciētia ueritatē ſolā, ſed ſapiētia ſalutē ex ꝟitate q̄rit. Quo fit, ut quia multę ꝟitates parū cōferūt ad ſalutē, iō de ill', q ꝟe ſapiēsē parū etiā curet, & ita recte ſapīa nō curioſa. Quēadmodū catulis, oīs curſus, ſaltus, cōcertatio & uici iuicē, & uincere, lacerare & inſultare ꝑ fructu eſt. vbi ꝟo ex catulis canes facti fuerīt, maturi ad uenationē, nō iā iuicē uane cōcurrūt, ſed omiſſis ludis uno ſerio p̄dā ſectāt̄. Quēadmodū ergo iocus & ſeriū, ludus & ſtudiū, curioſitas & cōciliū, qm̄ ī illis actꝰ, ī poſtremis fructꝰ. Ita ſciētia etiā & ſapiētia diſtāt, īterſe ludētibꝰ, actio ip̄a ꝑ fine ē. ſtudioſe āt negociātibꝰ ex actu fructꝰ deſtinat̄.

Differētia inter ſcientiam & ſapientiam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

OMnes homines natura ſcire deſyderant, qm̄ naturalis
actus mediæ partis imaginis. Et quia nō minus mēs
& uoluntas imaginis dei ſunt partes ꝙ intelligentia,
ideo omnes homines natura meminiſſe deſyderant quantū
ſcire. Sed quia meminiſſe uolumꝰ ꝓpter ſcire, ideo uidemur

Ipſum ſcire nō eſt finis ſciētię.

magis deſyderare ut ſciamus ꝙ ut meminerimus. Verum
hanc eandem regulam ſequētes, inuenimus etiam ipm̄ ſcire
nō finem ultimum eſſe. Qui em̄ ſcit ut ſciat, ſtultus eſt, quia
non ſapit ei ſcientiæ fructus, neqꝫ ſapienter ſuam ſcientiam
ordinat. Habet em̄ cognitio ueritatis magnum in ſe fructū,

Fructꝰ ſyncere ſcientiæ qs ſit.

ſi ſapientem habeat colonum. Per eam em̄ poteſt ſciens ac
cedere ad deum ut amicus dei fiat, ſi cognoſcendo deū, deo
adhereat, proficiet paulatim ut guſtet qm̄ ſuauis eſt dn̄s, &
guſtando cōcupiſcet, & concupiſcendo inardeſcet, ardendo
amabit & uiuet deo ut unus ſpūs cū deo fiat. Hic eſt fructꝰ
uerus, merus, ſyncerus, ſynceræ ſcientię. Quem uere omnes
homines natura habere deſyderant magis q̄ uel meminiſſe

Scientia ſterilis eſt abſꝙ amore.

uel ſcire. Qm̄ ſicut fluctuans meditatio fatua eſt abſqꝫ ſci-
entia, ſic ſcientia ſterilis eſt abſqꝫ amore. Imo quod reliqua
duo deſyderamus, ex hoc fonte deſyderiorꝫ prodit. Vide-
mus em̄ & certi ſumus, nihil tā ab hominibus omnibꝰ ama-
ri ꝙ beatitudinem. Scimus p̄terea nihil tam amabile ut amo
rem. ſcimus p̄terea nihil tam debere amari ꝙ deū. Hæc tria
ſi uera ſunt, imo quia ueriſſima & certiſſima ſunt, & omne

Stulti ſunt oēs ad fructū ſciētiæ non peruenientes.

uerum uero cōſonat, neceſſe eſt deum noſtrum nobis beatū
amorem eſſe, & ad eum ſolū naturaliter nos tendere & an-
helare, qm̄ is noſtrę perfectionis terminus & finis, noſtræ
culturæ fructus uerus & ſolus, ad quem qui non peruenit,
ſtultus colonus eſt, ut qui meminit, ut meminerit ſtultꝰ eſt,
qm̄ ſcientiæ obliuiſcitur, ſapientior aliquāto qui meminit
ut ſciat. Sed ſi illic heret, ſtultus & ipē eſt, quia uacuus & ua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

nus manet ſterilis de uero fructu ſuo. Quid em̄ ſi firma radice ſolido trunco proceris ramis frondoſa in altum arbor excreuerit, ſi cum grandi pollicitatione multorꝝ fructuum, falſa mendaci ſpe fruſtret expectantem, ſic excreſcunt in altum philoſophi inuiſibilia dei per ea quæ facta ſunt cōſpicientes, quia noſſe deum pro fine & fructu habent, uelut steriles & aridi reprobantur, & inſipiens eſt cor eorum, quibꝰ non ſapit ut ament. Sed quare non amant cū ſciant & cognoſcant eum, niſi quia ſciunt eum ut ſciant, non ſciunt ut eſtiment, & ideo cum ſciant nō eſtimant, & quō amarētq̄ diu nō eſtimant peruerſi. Ergo duobus potiſsimis naturalibus deſyderijs inſenſati iſti reperiuntur in medio uiæ reſidētes, & illic finem conſtituentes ubi nō eſt. Et quia ſuperius deum finem huius uię definiuimus, quicquid aliud ſibi pro fructu & fine ſtatuūt, licet hominibus mitius aliquid uideatur de eis, omnes idolatræ ſunt. Extollunt enim iſti q ſciūt ut ſciant (etiam licet deum ipm ſciant) ſcientiam ſuā ſupra deum, quoniā ſi deum agnitum ſupra ſcientiam extollerēt, iam ſuper omnia deum glorificarent. Alij uero tertij, qui ſciunt ut ſciantur, turpiore ſtulticia deſipiunt, quoniā in arbitrio alieno poſuerunt deum ſuum inſtabilem ſane & infidelem deum, ſed qualem ſibi ſua fixit inſipientia. nō longe diſtantes a quarto deſcenſus gradu, qui ſcire uolunt ut magni habeantur. Hi in profundum lacꝰ deſcenderunt, qui bus ſciendi magnitudo pro deo eſt. Et hi non ſolum inſipientes ſunt cum ſuperioribus tribus, ſed quod intolerabiliꝰ eſt, etiam ſunt peſtilentes & ſeditioſi & importabiles ſocijs. Cum enim uolunt magni eſſe, uolūt multitudinē paruam eſſe & imbecillem plebem. Hic iam aliorꝝ infirmitatem pro deo habet. Quartus autem & ultimus gradus eorꝝ, qui ſoli uolunt uideri ſcientes. Hi non in lacu ſed in fundamēto,

Vana philoſophātiū ſtulticia.

Qui ſciunt ut ſciantur ſūt alijs ſtultiores.

Qui ſciunt ut magni habeantur, non ſolum inſipientes ſed & peſtilētes ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Qui ſoli ſci entesuolũt uideri, ſũt ſocij luciſeri.

hoc eſt, ultimo laci ſunt, ſocij eius qui rex eſt ſuper omnes fi lios ſupbiæ, qui nihil eſtimat pter ſe ſolum, hic ſolitudinẽ habitat, hoc iam loco de ligno ſcientiæ boni & mali, & qd ſit comedere de fructu eius, ſcire ſcilicet ut ſciat, & quõ ſe nudos inuenient in futuro. Verũ qui ſic de fructu comedũt ut fiant ſicut dij, hoc eſt, ut magis habeãt p̃ ceteris ſicut dij, ſepiſſime p indecorã arrogãtiam ab omni decore & ornatu nudantur, ut uere cogantur erubeſcere & cadãt in ſeipis a pace cordis, inueniant ſic turbatos iratos & indignãtes uel ut a paradyſo eiectos, ut ſint eis oĩa, ſterilia, arida, aſpera, dura, horrida, qñ uidentubiq; ambitionem ſuã confractam.

¶ Non eſt iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed anima lis, terrena, diabolica. Sapientia ꝟo quæ deſurſum, primum quidẽ pudica, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena mi ſericordia & fructibus bonis, iudicans ſine ſimulatione.

Naturalis ſapiẽtia unde dicatur.

Animalis hæc ſapientia, nõ ab animali, ſed ab anima dicit̃, licet ſententialiter penes aliquod in idem redit, ſi ab animali animalis dicitur. Quia quæ anima carnem uiuificante ſentẽ tia dictatur frequenter animalis, & animaliũ dictata, more & conſuetudine magis q̃ rationalis. Verum quia Iacobus Apl̃s nõ ξοικη ſed ψιχικη dixit ab anima nõ ab animali, ſa pientiam hanc denominans ac diſtinguens, altiorem quãdã ſapientiam reprobare uidetur, eam uidelicet, quæ ab anima rationali uelut ꝓprio fonte oritur. Cõſtat nõ deſurſum no bis uenire ſapientiam eam quæ ex nobis fontem & ortum habet. Omnis ergo Philoſophoꝝ curioſitas quæ nõ pieta te ſata germinauit, animalis fuit. Vnde euanuerunt in co gitationibus ſuis, ut beſtiales fierent & terreni, & traderet eos deus in reprobum ſenſum, adeo ut corpora ſua quæ tẽ pla eſſe debebãt p pietatẽ inhabitãtis dei, paſſionibus igno miniæ afficerent, neq; illo ruinam ſiſtentes ex terrenis dia

Philoſophoꝝ ſapientia aĩalis fuit & diabolica.

bolici facti ſūt,occulto demonioꝝ ſuaſu ſeducti, ut ſtatuas, aras,tura templa,dieſq; feſtos,ritū ſacrū,titulos & noīm in ſcriptiones ſibi fieri ꝓcurarent.Hæc Pytagoras,hæc Socra tes,hæc Plato,ſed maxime Ariſtoteles. Propterea in Egyp tum & Perſidē profecti,ut inde ſibi nomē & ſuis diabolicā curioſitatē,demonū collogo & familiaritate diſſeminarēt.

¶Spūalis aūt ſapientia eſt,quæ a ſpū ſapiētiæ docetur & in ſpiratur,quā ꝑpterea Iacobus de ſurſum dicit,quia deſuper de ſpūſctō orta eſt. Spūs em̄ ſctūs quēadmodū animæ no/ ſtræ cōparatus ſuperior eſt, ita quia ſine illo anima noſtra quātūlibet corpus uiuificet,mortua eſt, recte qui animam noſtram uiuificat,ipſe animę noſtrę,mēti noſtrę,uirtutibꝰ noſtris & ſanctis actibus noſtris uiuificans ſpūs eſt. Et hic ſpūs deus eſt, & qui adorant in hoc,pro ſpū oportet adorare. Et ſpūs eſt qui uiuificat,caro non prodeſt quicq;. Multa hic de phantaſmatibus,conceptibus,tum ſenſibilium,tum intel lectualiū dūtaxat, & de reflectionibus actuum & intentio nibus, & primis actuum conceptibus, in quibus uel anima lis uel ſpiritualis negocietur. Sapia ſpūalis a ſpūſcō orta eſt.

¶Quid ſit detrahere, & q̄ alioꝝ ſcelera narrare, non ſit detrahere.

DEtrahere proximo non licet, quia detractores deo odi biles,proximorum ſcelera retractare licet impiorum, exemplo Domini ſcribis & phariſeis auariciam, faſtū improperantis. Sed & iuſtorum & beatorum exemplo, etiam ſacræ ſcripturæ,peccata Dauid,filiorum Zebedei ex plicite pertractantis & recenſentis. Non ergo proximo/ rum peccata narrare, detrahere eſt, neq; etiam ſi fiat cum diffamandi intentione, quemadmodum Apoſtolus pſeu/ doapoſtolorum peccata commemorat ut infames faciat, & indignos authoritate apud auditores. Alioꝝ pctā narrare nō eſt detrahere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Peſtilẽs res eſt bona opinio de malo.

Peſtilens res eſt, quando de corrupto homine apud ſimplices habetur bona opinio, uelut enim ſi detur gladius in manus furioſi, ita ſi datur honor homini ſtulto, magis autem ſi datur autoritas homini nequam, maxime autem ſi dignitas malicioſo. In talibus omnibus contrauenitur præcepto domini prohibẽtis falſum teſtimonium dicere. Falſum aũt teſtimonium fert, qui dicit aut habet honorem indigno & ſtulto. Præterea contra illud iuſtum iudicium, iudicate filij hoĩm. Iniuſtum enim omne eſt, quo nequam dignus autoritate, ſtultus honore dignus iudicatur. Detrahere ergo q̃d in uitium ſonet, amplius habet, q̃ ut aliena mala cõmemorentur, puta ſi ex odio perſonæ, non ex odio peccati cõmemoret. Qui ſi non alias, poſſet etiam per uera criminari quomodocũq; etiam falſo & mendaciter inſinuare. Qui vero peccati odio peccatorem odit, & infamando inſequitur, perfecto odio odit illum cum pſalmiſta.

Detrahere eſt ex odio aliorꝫ peccata narrare.

¶ Qui aliorꝫ malefacta narrãt, niſi certa malicia dicãt & ſolida mẽdacia dicãt, non detractionis uitium incurrũt, quia non ideo faciunt, ut falſo innocẽtiam obruant. Unde ſi uel ſola loquacitatis libidine dicãt, & putãtes uerum dicere, nõ eos puto detractores. Tanta enim hipocritarũ malicia atq; nequicia eſt, ut expediat uulgatam & propalatam eſſe. Uñ qui ꝓpterea uulgat, ut audientes cautiores reddat, fraternæ charitatis officiũ expleuit. Monet enim Apoſtolus obſeruare eos qui non ita ambulant. &ce. Dñs Ieſus attendere a falſis prophetis. &ce. Et alibi attendere a fermento Phariſeorꝫ & hypocryſi, & ſubdit, a fructibus cognoſcẽdos. Quomodo aũt attendent aut obſeruãt, de quibus nihil mali præſumant, quomodo præſument de quibus nihil audierunt, & quomodo audient ſiue referent, & quomodo referent ſi non liceat. Licet ergo non ſolum, ſed & oportet aliorꝫ fla-

Expedit hypocritarũ maliciam publicari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

gitia, facinora & ſcelera referre, nō libidine detrahendi, aut bonam famam alterius minuendi.&c̄. Bona eſt fama, non quæ falſa eſt, quæ boni opinione impu nitatem & peccādi licentiam parit & corruptelam. Fama niſi uera ſit quō bona, quæ falſa, quę licentioſa, quę impunis, qnę peſtilēs. Ab hac ſi ſum detractor, nō criminatoris, ſed eſt monitoris p̄mo nentis proximum imminentia pericula deuitare, & hoc eo magis quo ex taciturnitate maiora pericula impendēt. Vti ſunt corruptorꝝ religioſorꝝ & p̄latorum ſcelera, quos preci/pue ſummis criminalibus iudicijs oporteret cohercere. Quid ſi non liceret referre.&c̄.

Aliorꝝ flagitia quō licet narrare

¶Caritas, malis & hypocritis debet obſiſtere.
& tales infamare non eſt detrahere.

CARITAS diligit hoīem ꝓpter bonum, & eadē caritas odit eundem ꝓpter malum. Dicit em̄, Super inimicos tuos tabeſcebam, perfecto odio oderam illos. Homo in caritate dignus eſt amore, ſed homo in iniquitate dignus eſt odio. In eodem homine, ſi ſint corporalis & ſpūalis infirmitas, uideasq́ ſpūalem infirmiorem corporali, debes ex caritate negligere corporalem, nec curare etiam ſi poſſis leui medicamine. ſimiliter de paupertare. Qm̄ exteriora beneficia omnia ꝓpter interiorem hominem reparandum fieri debent. Quemadmodū ergo in externis bonis, & in corporali ualetudine. pariformiter in fama & nomine. Nullatenus em̄ nomini aut famę illorꝝ aut opinioni fauē/dum, qui fama aut ueſtimentis ouium utuntur, ut licentius graſſentur & corrumpant gregem. Dei em̄ caritas eſt talibus obſiſtere, neq́ obſiſtitur q́ diu latere ſinuntur. Prodere ergo oportet & in publicum propalare talium hoīm nequicias. Neq́ detrahere eſt, tales homines infamare. Derrahit em̄ quando uiro bono & ſancto nomini mala intentione

de caritate quæ malos odit.

Peruerſorꝝ & hypocritarꝝ neqcias ꝓpalare nō eſt detrahere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

quicquid decerpitur. Falſo aũt nomini ac peſtilenti nomini ſi quicq̃ decerpitur, ut uulpes & lupus uere tales agnoſcantur, nihil puto detractum lupo aut uulpi, licet inſidijs eius detractum ſit aliquid. Sed lupoꝝ inſidias reſcindere nõ puto detractare cenſendum, niſi forte diabolo reſiſtere, detractare ſit. &c̃.

¶In cathedra peſtilentiæ qui ſedeant.

¶Omnis alta profeſſio, frigida affectio, peſtis eſt in eccleſia dei. Igitur qui principatum, præſidentiam, præeminentiam, dignitatem, religionem, doctoratum, ſacerdotium, põtificatum ſuſcipit, ſi adhuc diuitijs, delitijs, honoribus, ambitioni inhiat, in cathedra peſtilentiæ ſedet. &c̃.

¶Cenſura Doc. VVESSELI De ſtudijs vniuerſitatum.

De ſtudijs vniuerſitatũ, quid ſẽ ſerit.

GRande & graue contra vniuerſitates argumentũ, q̃ Paulus Athenis paruum fructum fecit, maiorem operatus in Corintho uicina ciuitate, & in Theſſalia, tunc fere barbara q̃ in attica ciuitate, vbi tunc fons erat grecæ ſapientiæ. Studium ergo literale non ualde deo placet. Et reuera, ſicut ego Coloniẽ & Pariſijs uixi & quæ uidi odioſa deo magis ſunt, non ſtudia ſacrarum literaꝝ, ſed ſtudioꝝ cõmixtę corruptiones.

¶Multi publicani & peccatores ſimul diſcumbebãt cũ Ieſu, erant enim multi & ſequebantur eũ. In grandẽ confuſionem Phariſeorum & Scribarum illiꝰ temporis hoc uerbum dicitur. Quoniã cũ ab incunabulis legem & ſanctam inſtitutionẽ accepiſſent, ad queſtum potius q̃ ad pietatem corporaliter etiam prædicantẽ pietatẽ nõ audierũt, nõ ſecuti

ſunt ſed cōtempſerunt, ſed ſubſannabant, ſed perſequebant.
Publicani autem praua conſuetudine & cōtubernis inſti tuti & corrupti, foris quidē peccatores publici, ſed intus minus corrupti, minusq̧ peſtilentes q̄ Phariſei & Scribę, nonſolum non cōtempſerunt, ſed auide acceptarunt, Formidandum eſt hodie non minus in corruptis noſtris prædicatoribus & paſtoribus deteriorem eſſe peſtem, facilius q̧ in die domini magna, publicanos, meretrices conuertendos ad rectitudinem, q̄ huiuſmodi, qui ſciunt uoluntatem domini & ſubſannant. Qui cū cotidie uerbum dei tractant & non obediunt, velut calle quodam induratæ mentis deprauantur, ut peiores durioreſq̧ fiant publicanis, & meretricibus difficilius conuertantur, & nequius doctrinæ ſanę aduerſantur, & ſic eorum conuerſio deſperatior. Multi ēm publicani & peccatores diſcumbebant cum Ieſu & ſequebantur eum. Vnde etiam publicani & meretrices præcedunt Phariſeos & Scribas in regno dei. Sicut enim fortis eſt ignis qui ardet in aqua, ſic pertinax nequicia eſt quæ perſtat & fixa manet cum cotidiana uerbi dei tractatione.

Publicani min⁹ intus corrupti q̄ ſcribę & pahriſei.

Scribæ & Phariſei q̄re in reprobū ſenſum dati.

Qui enim cognoſcentes deum contemnunt, neceſſario tradūtur in reprobum ſenſum, ut omnium hominū nequiſſimi fiant. Melius talibus uiam ueritatis non cognouiſſe. quoniam grauius iudicium ſument. &c̄.

¶ Sequuntur aliquot notulæ de ſacramēto penitentiæ ualde conſolatoriæ, in quibus reprehenduntur ponentes tres partes eſſentiales ſacramēti penitentiæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Dicunt cõmuniter ad integritatem ſacramenti peniten-
tiæ tria concurrere, Contritionem, confeſſionem, ſatiſ-
factionem. Sed hij ſi intelligerent uim uerbi in pſal-
mo, Cor contritũ & humiliatũ deus nõ deſpicies, non tam
importune inſtarent. Quid em̃ eſt cor contritũ, niſi cor ad
minima cõminutæ & confractæ duriciei obduratæ mentis
humiliatum cor? Nihil ergo contritio q̃ cõminuta obdura-
tio, confracta in obſequium dei. Cor ergo conteri, eſt cor
durum abijcere, cor uoluntarium deo offerre. Iuxta illud.
Voluntarie ſacrificabo tibi. Nihil em̃ aliud declinare a ma
lo q̃ facere bonum. Qui em̃ non facit bonum, nondum de-
clinauit a malo, quia malũ eſt non facere bonum. Si ergo
qui cor durum conterit & abijcit, cor pium & ſpontaneum
deo non deſpiciendũ offert, profecto iam humiliato corde
iuſtus, & iam deo ſatiſfactum in remiſſionem peccatorum.
Non ergo prima contritio, neq; poſtrema ſatiſfactio ad ſa-
cramentum penitentiæ uiuificantis & iuſtificantis ex mor-
te ad uitã neceſſariæ ſunt, licet ſine uera cõtritiõe. &c. ſicut
nec ſine uera humilitate uita ſpũs, uel redit uel cõſeruatur.

Quid cor contritum

Declinare a malo.

¶Participatio ſacramentorum eſt opus gratiæ nõ iuſticiæ.
Maiorem iuſticiam ponunt reales ante ſacramentum con-
feſſionis q̃ poſt, quia ante, ueram contritionem. poſt uero,
ſolam penalem ſatisfactionem.

Participatio ſacramẽtorum ẽ opus gratiæ.

¶Penitentia, ſi ſacramentum eſt, contritione non eget,
quia contritio iuſticiæ opus eſt, & ita contritus ante ſacra-
mentum iuſtus, igitur ſacramentum non iuſtificationis eſt
reditus ad uitam. Neq; propterea ſtatuo confitentem non
poſſe uenire contritum ad ſacramentum, quemadmodũ ad
baptiſmum pridem in ſpũſancto baptiſatus.

Penitentia ſi ſacramentũ ẽ nõ eget cõtritione.

¶Contritio meræ opus iuſticiæ eſt natura tp̃e ſequens
ſacramentũ, niſi diuinitus præueniatur & acceptatur pen-

tens ad iuſtificationem. Iuſtificatio gratiam,ſapientiã preſupponit,Contritio,iuſticiam & caritatem. Caritas iam infuſa nõ ꝑpter p̃cedẽtia peccata purgationem poſtulat, ſed ſolum ꝑpter præſentem imperfectionem & impuritatem, q̃m ſup p̃teritã transgreſſionem, Ita Magdalena & Petrus, queẽadmodũ quiſq; penitens purgatorij longi eguiſſent.

¶Infuſæ iam gratiæ opus eſt contritio, deteſtatio uidelicet peccati,opus merę iuſticię.nõ ergo pars ſacramenti penitentię,quia ſacramentũ penitentiæ p̃cedit & operatur iuſtificationem. Et eſt cõtritio nihil aliud,q̃ iuſta peccatoꝝ eſtimatio, qualẽ de ſe Magdalena habere potuit in medio gaudio ſuo diei Paſchę. Et Petrus qñ apparuit ei dñs Ieſus, non tũc ſenſibilem habuerunt cordis dolorem.

Cõtritio eſt opꝰ cõfuſæ iã grę,& qd ſit cõtritio.

¶Multum ergo derogant liberalitati donatoris,& multum aggrauant humeros peccatoris,qui ante ſacramentum gratię,iuſticiam præexigunt in accedente. Iuſticiam dico cõtritionem,qui em̃ cõteritur iam iuſtus eſt,neq; ſacramẽto uiuificatur,ſed a debito cõfitendi dũtaxat in facie eccleſiæ ſoluitur. De cõfeſſiõe uide etiã ſupra & infra de poteſtate ligandi & ſoluendi.

Derogant diuinę liberalitati qui cõtritionẽ præexigũt

¶Pręterea ualde circa hunc locum notandum ꝙ neq; dolor,neq; triſticia,neq; cõtritio in oculis dei accepta ſunt magis q̃ amor ex quo ꝓcedunt. Omniũ em̃ paſſionũ primꝰ eſt amor. Iudas em̃ doluit,& ideo triſtis fuit,ꝙ abiens,laqueo ſe ſuſpendit. Sed nõ acceptus dolor eius, qui ex amore ſui nõ dei ꝓceſſit,ut ex eius origine,uidelicet prauo iudicio & ſtulticia ducentibus eum ac dirigentibus in finem ſtultum aperte liquet.

Nullus dolor aut cõtritio acceptaquę ex dei amore nõ ꝓcedit.

¶Quoniam omnis timor,meror, ſpes, dolor, ex amore uelut radice naſcitur. Ideo confiteri oportet in penitente merorem de peccato nõ acceptiorem eſſe in cõſpectu dei,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

q̃ ſit amor unde procedit. Vnde dolor iudę penitentia du/
cti ꝙ iuſtum ſanguinem tradidiſſet non pl⁹ deo placuit ꝗ̃
amor ille unde proceſſit, Amauit enim ſeipſum & ideo fur
erat uolens occultis loculis de furto proprię concupiſcen*
tię ſatiſfacere. Sed quia conuictu conuerſatione ſanctorum
quotidie diuinarum legũ ueritates tractauerat, & ex his que
uiderat ambigere non potuit ſicut nec demones quin uitę
deus eſſet. Ideo collatis & comparatis inuicem commodis
loculorꝫ & periculis diuini iudicij, ex eodem amore ſui ue/
lut ſtercora reputauit commoda loculorum, quando uide*
bat inſtare terrorem iudiciorum diuinorum. Vnde dolor
ille non magis deo placuit quã radix eius in corde iudę, ui*
delicet amor ſui, q̃ cum cuperet perpetuo impius uiuere, &
hoc per ſuam uiam impoſſibile uidebat, ideo ſtulto merore
ductus abijt laqueo ſe ſuſpendens, reprobus in radice, repro
batior in ramo, reprobatiſſimus in fructu. Vnde minus pe
rite faciunt, qui tantopere dolorem a penitente conantur
extorquere, magis enim gaudia mouere deberent. Valde
facit ad propoſitum parabola de amiſſa drachma uel theſau
ro cuius amiſſionem nemo magis dolet, nemo ſapienti⁹ do
let quã amauit uel ſapienter amauit. Sed hic dolor non per
ſeuerat niſi cum iactura perſeuerante. Vbi uero repert⁹ the
ſaurus, non iam dolor, neq; iam ſapienter etiam ei dolendũ
ſed magis ex abundanti gaudio uicinos & amicos conuo
cat ad congaudendum. Vnde dignus fructus penitentię
non dolor aut meror de peccatis, ſed magis amor dei, ex quo
poteſt meror procedere, licet amor potius & prompti⁹ gau
dium reconciliati dei. Magdalena ꝙ uere dignos penitẽtię
fructus fecerit nemo dubitat. Sed quales, niſi quia multum
amauit, & ex amore multo, multę illę lachryme ꝓceſſerunt,
& meror ſuę cõmiſerationis deteſtans tanto bono, tam ſc̃tĩ

Penitentia Iudæ quõ ab amore ſui proceſſit.

Reprehendunt qui tantopere dolorem a penitẽte extorquent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

amoris expertem fuiſſe doluit, ergo tm̃ quantum hũc beatũ amorẽ amauit, ſed multo pl⁹ & incõparabiliter plus gaudebat in ſe, uidens amorem illũ in ſe, uerũ adhuc magis de deo ſuo ꝑ amorẽ reperto. Quãto igitur maius habere deũ recõciliatũ, & habere dei amorem in ſe perpetuo manſurum quã͡q aliquanto tpe fuiſſe alienatũ a deo, tanto debuit plus gaudere quã dolere. &c̃.

Non eñ dolor aut meror aut ſenſibilis triſticia neceſſario requiritur ad penitentiam. Eſt eñ actus mentis penitẽtia ſicut peccatũ, utrũqꝫ eñ uoluntatis, & ſicut peccatũ uolũtatis tantũ eſt, ita & penitentia ſolius eſt uoluntatis. Fructus aũt dignus penitentiæ eſt cõuerſio integra ad eum a quo auertẽdo peccauit, & qui fructũ illũ pſtare poteſt, is ueriſſime penitet, quia penitẽtia ꝓpter illũ fructũ uelut finẽ, bona eſt. Magis ergo & fructuoſius Magdalena penituit qñ multũ dilexit, ꝙ quando priorem uitam deteſtabatur. Non tamen hic macerationem carnis reprobandã cenſeo, quæ magno & ſalubri conſilio iungitur penitentibus.

Dolor aũt triſticia ad penitentiã nonregrit.

Dign⁹ penitẽtię fructus eſt integra conuerſio ad deum.

Quod in Magdalena nõ amaritudinẽ, ſed amorẽ penitẽtiæ dignus fruct⁹ cõmẽdauit. Paulus etiã ad Cori. inſinuat ꝑcipiens caritatẽ cõfirmare in illũ q ſuã nouercã inceſtauerat matrimonio, & ꝑſertim in cauſa qua ſubdit, ne abundantiore triſticia abſorbeatur. Quod ſi Paulus caritatẽ confirmaret & in ea potius uult cõſolendũ & fouendũ eũ, & non abũdantiore triſticia abſorbendũ. Sola ea triſticia dño placet, quæ ex amore offenſi dñi ꝓcedit, non quæ ex turpitudine peccati concipitur, qualem habuit Iudas & ante illum Cayn. Iudas poſt admiſſam proditionem, retractans quid feciſſet, ĩtolerabili ꝑculſus amaritudine, pnia duct⁹, relatis argẽteis, ac ĩ tẽplũ ꝓiectis, publice cõfeſſ⁹ peccaſſe tradẽdo ſãguinẽ iuſtũ cõfeſſ⁹ ẽ, nec illo cõtẽt⁹, abijt laq̃o ſe ſuſpẽdẽs.

Que ſit triſticia ſecũ dũ deum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Iudæ peni tentia ex amore ſui, q̄ amara & iportabilis

Hinc nō merorē ſed furorē adactę mētis eius aduertere eſt uelut demonioꝝ ī gregem porcoꝝ permiſſe ingredi legiones, qui furore demonioꝝ ſeſe ꝑcipitabat in mare. Sic iudas, clareſcente immanitate patrati ſceleris in corde ſuo, importabilis ipē ſibiipſi factus eſt. Et quia ſuperbia cōtumax deū reſpuit, neq; humiliter, neq; pie, neq; fideliter poteſt meminiſſe dei ſui, ſtimulos ueritatis ferre nō ſuſtinens, confugit ad laqueum. Paruam igit̃ ſalutem affert grauium pctōꝝ agnitio ueritatis, etiam ſi magnum affert merorem. Sed ex uera pctōꝝ agnitione, magnum ſalutis fructum operat̃ feruor caritatis. Non em̄ ſteriles fuerunt amarę illę lachrimæ Petri, ſed amore dn̄i Ieſu, ac tanto amore conditæ, ut ceteris Apoſtolis plus amaret. Ad amādum uocati ſumus, nō ad amaricandū. In amore, non in merore beneplacitum eſt deo. Vnde ſi quis ex amore doleat placet, non quia dolet, ſed quia ex amore dolet. Liquet hoc ex uerbo dn̄i Ieſu ad Magdalenam multū amantem, quo merorem ponere iuſſit inquiens, vade in pace. Sed amorem cōmendēs, colere ſua ſit amorem. Et hanc lucis & uerę ſapientię uiam nonnulli ignorātes, difficulter animas ſuas quietare poſſunt, uidentes Iudam tam amare dolere, & legentes tam graue iudicium dn̄i Ieſu de eodem. Sed fallit eos error primus, putantes merorem de immanitate pctōꝝ ꝓcedētem placere deo. Tantū em̄ talis meror placet deo, quantū crudelitas, feritas, ferocitas, furor, carnificium. Hęc em̄ extrema ſnnt ungēta nequicię, contumacię, malicię, ſuperbię, cōtumelię, blaſphemię, ſuapte comitantia & agitantia ſceleratos ubi ad aquilonem habitantes abſq; ullo feruore caritatis, clarus radius ueritatis mortis regionem illuſtrauerit. Quid em̄ tetrius uiſu, ſpectatuq; horrendius, q̄ regnum ſuperbiſſimi regis. &c̄ In hoc regno mors imperium tenet, hic omnes mortē deſy

In amore nō in merore bn̄placitū eſt deo.

Error multoꝝ de dolore penitētium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

derant, & quiſq; plenis uotis proximo ſuo mortem ſperat, q̃ diſſimilis regio hæc regioni uiuorũ eſt, ubi perfecti amoris, decoris regnum eſt.

¶Pro illa mea aſſertione de dignis penitentiæ fructib⁹ abſq; medio dolore admiſſorũ pctõrũ, & media cõfuſione & confeſſione anteq̃ iuſtificetur & reuiuiſcat, ualde facere uidetur uerbum illud Mathei.xxi. de duobus filijs, quorũ primogenitus cũ primo rennuiſſet ire in uineam patris, po/ſtea tamen iuit, & ꝓ tanto dicitur illic feciſſe uoluntatẽ patris. Quero in quo fecit uoluntatẽ patris? An quia potuit, an quia abijt in uineam? Nam quãtũcũq; de eo ꝙ nõ abierat penituiſſet, ſemꝑ nõ abeundo priorem irreuerẽtiã auxiſſet. patrem igitur reuerendo & eius uoluntatem faciendo penituit, non penitendo uolũtatem fecit. Sic publicani & meretrices fecerunt uoluntatem dei, credentes Ioanni Bapti/ſtæ, & adherentes ei in uia iuſticiæ qua uenerat ad eos, ꝓp/ter uiam iuſticiæ penitentia accepta eſt, non uia iuſticiæ ꝓpter penitentiam accepta eſt. Sic penitenti Magdalenæ peccata multa dimiſſa ſunt, quia dilexit multũ, & penitẽtia eius ꝓpter dilectionẽ accepta, nõ dilectio ꝓpter penitẽtiã. Non odiũ probabile, niſi quod ex amore ꝓcedit, & ſi amor integer ſit, nihil opus illi ut per odium foueatur & creſcat, ſatis eſt amori Magdalenæ, ut reuertens ad uiam iuſticiæ, ſic feratur in ſua peccata, ſicut iam gaudẽs in celo, uel ſicut in aliorũ debebat ferri in uia iuſticiæ deteſtando tantũ & reprobando, quemadmodum etiam in alia ſua non cõmiſſa ferendum erat illi.

De dignis penitentiæ fructibus, abſq; medio dolore peccatorum.

ꝓpter uiã iuſticiæ, penitentia accepta eſt & non econtrario.

¶In ſacramento cõfeſſionis nõ eſt ſacerdos iudex aut abſolutor magis q̃ mundator in baptiſmo. Sicut eñ ſacerdos tingit aqua foris, & Chriſt⁹ tm̃ baptiſat in ſpũſctõ, ſic in reliquis etiam ſacramentis. Senſibile quidem miniſterium ſa

In cõfeſſiõe ſacerdos nõ magis abſoluit q̃ mũdat ĩ baptiſmo.

cerdos exhibet, ſed nullius poteſtatis iura exercet. Spūalis em̄ uita quæ p̱ grām ſpūſſancti a nullo niſi a Chriſto donatur. Sacramentalis ergo abſolutionis beneficium in cōfeſsione, nō ex iudiciaria poteſtate cōfeſſoris pendet, ut nulla ſit abſolutio, tāquā a nō ſuo iudice, quā ab alio ſacerdote, qn̄ pia ſimplicitate, ſincera pietate quis alteri abſq; cōtemptu eccleſiaſticæ autoritatis extra cōfiteretur, quia nō ſacerdos abſoluit uincula pc̄tōꝝ, ſed Chriſtus. ſicut non presbyter baptiſat in ſpūſancto, ſed Chriſtus, Chriſti em̄ baptiſma eſt, non Iohannis, aut Petri, aut Pauli, aut Apollo.

Sacerdos non ſoluit uícula peccatoꝝ, ſed Chriſtus.

¶ De cōfeſſione ſacramentali, ꝙ nō ſit iudicialis conſolatoria tractatio, & ꝙ confitens abſq; iudiciali diſcuſſione ſit abſoluendus.

Confeſſio ſacramentalis ex forma ſua non eſt iudicialis, ita ut ſi non aſſit iudiciū & diſtrictū iudiciū cōfeſſoris, nō ſit actus cōfitentis & abſoluentis uere uerum ſacramentū. Sufficit em̄ ad ueritatē efficacis ſacramenti, ut cōfitens uere & fideliter dicat, Confeſſor poſt acceptam illius cōfeſsionem abſq; iudiciali diſcuſsione abſoluat, quia ſicut penitentis cōfeſsione lauat penitentem deus & non peccator, ita ſacerdotis abſolutione dimittit deus & nō cōfeſſor. Hi miniſteriū exhibent, ſed myſteriū operatur deus. Quid hic opus exterius uiſibile iudicium faceret de peccato, quādo deus interius peccata non diiudicat, ſuperuacue prętendit in ſacramento, quod nihil refert in abdito myſterio, De confitente & confeſſione ſolum iudicat deus, nihil de confeſſis peccatis, quomodo enim iudicare creditur confeſſa qui confitenti promiſit omnia retroacta per ſolam cōfeſſionem condonare? Stulte ergo faciunt qui poſt confeſſionē non ſolum iudicant, ſed etiā poſt abſolutionē tortores fiūt flagris feriunt, uirgis percutiūt. Deꝰ ieiunia & cilicia non iu

Quid a cōfitēte & cōfeſſore requiratur,

dicat, & homo iudiciū uendicat, deus penitentem reſpicit, peccata non reſpicit, homo qui penitentem reſpicere nō poteſt, præterita peccata vult reſpicere, deo contrarius in agēdo. Non poteſt ſacerdos iudicare de confitente ſi uere, ſi fideliter confiteatur, quod ſi uere fideliterq́ faciat nō uult de⁹ peccata eius quoquomodo dijudicare. Sed ꝙ poſt confeſſionem deus iudicat, hoc eſt de confitentis reſtante immundicia, qualis multa ſepe ex infirmitate ex mala priori conſuetudine, ex multiplici ſocietate, ex uaria neceſſitate, impoſita uanitate, ex ocultis & alienis quæ ſola deus ignoſcere poteſt in homine iuſto in portu ſalutis & gratie cōſtituto. Melius ergo facerent bono exemplo uitæ, confitentiū mores corrigendo quā uerberibus & flagris terrendo. Magis enim contra libertatem confitentis, & contra liberalitatem remittentis dei faciunt, diminutam illius donationem facientes, & ſcrupuloſam iſtorum confeſſionē, utrumq́ falſo implicantes. Infamatur deus nō liberaliter & integre donare, terreť plectēd⁹ ītegre cōfiteri &c̄. Vide ſupra pl'a de cōfeſſ. ꝙ perniciosus error eoꝝ q cōfitētes ꝟberibus terrēt, aut corrigere preſumunt.

Valde irrōnabiliter de ſacramēto cōfeſſionis loquūtur, q adiunctā ſatiſfactionē aſſerūt eſſentialem partem penitentię. Primo quia detractant ſacramentali ſufficientie, qui non putant principis donationē ſufficere ad remiſſionē. Secūdo falſificant uerbū abſolutionis, quia cū dicūt abſoluo, poſtea ligāt & innodatū dimittūt. Sed qđ omniū grauı⁹ eſt uniuerſum ſacramentum periclitant, quia protrahunt uſq́ in peractam totaliter penitentiā iniunctā. Vñ ſi fragilis ille iterū tpe medio labať durāte ſacramēto ꝓpter obijcē poſitū in pte eſſētiali ſacramēti totū ſacramētū facit nullū fuiſſe. Quæ eñ eſſentialiť unū cōſtituūt uni⁹ nullitate, oīa fiunt nulla. Videant igitur quantū laqueū fidelibus inijciant qui tanto tempore dicūt eſſentialiter trahi ſacramentum. Error dicētiū ſatiſfactionē eſſe ptē eſſentialē penitentiæ.

De nõ iniũ gẽdis ſatis factiõibus, argumẽtũ i pr̃e recipiẽ te filiũ ꝑdi gum.

¶ De non iniungendis aut imponendis ſatisfactionibus grande argumentum in patre recipiente filiũ ſuum ex perditione & morte reuertentem ad ſe. Non increpauit, nõ caſtigauit, nõ flagellauit, nõ incarcerauit. Sed accurrens oſculatus, amplexatus, præ gaudio lachrimat⁹, iuſſit proferri calciamenta in pedibus, ſtolam primam indui, annulum dignitatis in digitum, occidi uitulum ſaginatum, inſtrui cõuiuiũ, epulari, letari, & cantare, Quales huic reuertenti, Papales indulgentiæ neceſſariæ? Plena igitur ad deũ reuerſio, dignus fructus penitẽtiæ ſolus. Sola igit̃ cõuerſio, ſatisfactio eſt.

Pctã ſi remiſſa nõ imputãtur ad penam.

¶ Beati quoꝝ remiſſæ ſunt iniquitates, & quoꝝ tecta ſunt peccata. Et qui ſint illi, declarat ſubdens, Beatus uir cui nõ imputauit dñs peccatum. Quõ em̃ remiſſa peccata, q̃ñ adhuc imputantur ad penam. Peccata em̃ præterita, ſi prorſus præterita ſunt, ita ut nullum reſtet malum ueſtigiũ uel cicatrix in uoluntate, nõ poſſunt aliter imputari niſi ad penam, quod ſi aliter imputetur, ſequitur implicatio & contradictio. Concluditur ergo, ſi deus præterita peccata non imputet, quod non puniet, quia ſi puniet imputabit, cũ nõ poſſet aliter imputare. Sequitur ergo ex uerbo pſalmiſtæ, ꝙ omnem remiſſionem concomitatur neceſſario impunitas. Male igitur in gratia defunctis pena reſeruatur, niſi quãtũ gratia illoꝝ adhuc nondum perfecta fuerit, & perfectionis indigens, conatu & ſtudio augendæ caritatis, ac per hoc purgandæ imperfectionis habet. Male igitur Papa purgatorij penas relaxat, ſi nõ poteſt imperfectam caritatẽ facere perfectiorem ſine pena. Miror itaq; ualde & nõ uideo quõ intelligi poſſit mortale peccatum prorſus eſſe ꝓteritũ, quemadmodum ſi dicamus mortale uulnus prorſus unq̃ ꝓtereat, quod ſi prætereat, liquet nõ fuiſſe mortale. Sic etiam peccatum mortale ſi nõ mortem ſpũalem afferat, hoc eſt, ſi

Papa male purgatorij penas relaxare pſumit

nõ uitam animæ ſpm̃ſanctũauferat,mortale non eſt. Vnde ſi mortale,mortem neceſſe inferat,igitur ignorantiam dei. Vita em̃ æterna noſſe uerum deum. Deſpicientiam dei & contemptum dei, his em̃ & huiusmodi anima mortua deo, morte ſcilicet pctõꝝ,mors aũt pctõꝝ peſſima. Manent igitur peccata mortalia in mortuis, neqȝ trãſeunt peccatoribꝰ magis q̃ꝫ letifera uulnera mortuis. Vnde ut peccata mortalia prorſus prætereant & non peiore morte ſuperſit, ſola rediens uita p̃ſtare poteſt. Non redit aũt uita niſi ſpũſancto redeunte. Mortalia igitur peccata nũq̃ prorſus prętereunt,niſi ſpũſancto renouato in uiſceribus mortuoꝝ reſuſcitatorum. Igitur q̃ꝫdiu in morte ſunt,ſi puniantur mortaliter, proprium ſuæ mortis fructum ferunt. Mirabile plurimum cũ uideant remiſſam in reddita uita mortem, Cur non uideãt mortis penam remiſſam penam peccati. Qui em̃ conſubſtãtialem ſibi ſpiritũ & uitam peccatoribus donauit, impunitatem non donabit? Quod ſi dicant etiam poſt redditum ſpiritũ,oportere p̃cedentia peccata puniri,quia p̃ceſſerũt,ergo inæternum oportebit Petrum & Magdalenam puniri, quia inæternum uerum erat eos peccaſſe & mortaliter peccaſſe,debere ergo tanto ſupplicio puniri ꝑ mortali. Aut ſi dicant æternam penam remiſiſſe,ſed non temporalem,hoc non aliud eſt q̃ nõ totaliter eſſe remiſſam penam. Sed mirũ qui æternam remiſit,quare non etiam temporalem. Rationabilius ergo uiderur dicere temporalem penam non ꝓpter p̃teritam culpam,ſed propter uenialia prioris peccati p̃ſentia ueſtigia uenialia, & propterea uenialiter ac temporaliter puniri,ſed ea punitio talis erit,qualis eſt caſtigatio filiorum intra latitudinem adoptionis & gratiæ uenialiter offendentium.

Non redit uita animę niſi ſpiritu ſctõ redeunte.

¶Sicut nullus egeſtatem tollit,niſi qui diuitem facit,&

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

nemo pctã dimittit niſi q multũ diligere facit.

nemo ſurditatem aut cecitatem tollit niſi qui uidentem facit aut audientem, ſic etiam nemo peccata multa dimittit, niſi qui multum diligere facit. Dimiſſa quippe ſunt ei peccata multa quia dilexit multũ. Et ille dimiſit qui dilectionẽ dedit. Peccata aũt dicuntur, quia contra legem. Debita uero, quia non ſoluta ſecundũ legem, quia teneť ligat⁹ lege debitori qui non exoluit quæ ſecundum legem debet. Idẽ igiť debitum & peccatum. Nemo igitur peccatũ dimittere poteſt q nõ p̃t debitũ dimittere. Debitũ aũt legis, ꝙ non ex toto corde, ex tota anima, ex toto ſpiritu, non ex tota fortitudine, non ex tota uirtute &c̃. deum diligimus. Hoc debitũ nunq̃ in hac uita ſoluimus, & q̃diu non ſoluimus manebimus debitores, & q̃diu manemus debitores, manemus peccatores ſed peccatoribus manentibus in peccato, peccata p̃e ntialiter manentia non dimittuntur. Et hoc fortaſſis dñs notare uoluit in Magdalena, non omnino illi peccata dimiſſa, quia non omnimodis pro integritate primi mandati dilexit, ſed multa illi peccata dimiſſa, quia multum dilexit, & quanto adhuc non perfecte dilexit, pro tanto adhuc illam in peccato eſſe neq; dimiſſam eſſe. Nouit autẽ ille qui mẽſuram iſtam caritatis infudit, qñ reliquum uſq; ad perfectũ eſſet infuſurus. Et profecto tunc illi omnino omne peccatum & omne debitum dimiſſurus. Nemo igitur neq; Apoſtolica ſedes, neq; etiam peregrinãs in terris catholica eccleſia poteſt per quaſcũq; bullas uel indulgentias plenariam dimiſſionem uel remiſſionem facere. Et hic grandis locus de autoritate conſiliorum, quia inueniuntur patentibus litteris publicaſſe indulgentias plenariæ remiſſionis, licet ĩ ueritate ſit eiuſdem poteſtatis, omnia & multa peccata uel debita dimittere, ſicut eiuſdem ſolius dei multam uel perfectã caritatem infundere &c̃.

Nec papa neccatholica eccleſia poſt plenariã remiſſionẽ facere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

In baptiſmo Ioannis confitebantur peccata ſua & ſic bapti zabantur a Iohanne baptiſmo penitentiæ in remiſsionē pec/ catorum, ut Marci primo. Chriſti uero baptiſm⁹ eſt etiam baptiſmus penitentiæ digniore fructu. Nam & domin⁹ Ie- ſus ad ſuum baptiſmum vocans ait, penitentiam agite, & Petr⁹ ad iudeos in die pentecoſtes, Penitemini inquit & baptiſetur &c̄. In quo tamen baptiſmo nulla requirit̄ pec/ catorum confeſſio aut mentio, ut innoteſcat fidelibus libe ralitas donationis ſacramentalis, quo neq̄ minima iuſticia præcedens requiritur ut gratia detur &c̄.

Baptiſm⁹ Iohannis i remiſſionē peccatorū.

Et ualde conſolare nos debet uerbum Iohannis quo dicit, Facite ergo dignos fructus penitentiæ, licet multos terre at, quoniam Iohannes cum ante ſuum baptiſmum dignos penitentiæ fructus exigeret, ut habenti duas tunicas aut ui ctum ſuperſufficientem non habentibus dandum præcipe ret, & id uocaret dignum fructum penitentiæ & ſeueritatis rigorem, quid Chriſtiane pietatis liberalitas in cōfitētes & penitentes facere debeat oſtēdit. Neq̄ pro quolibet mortali peccato ad ſeptemnem laborē & luctū remittere, ſed benig no miſericordie ſinu recipere. Gaudium eſt angelis in cœlo ſuper uno pecatore penitētiam agēte, & nos illi luctum in terra indicimus. Longe mitius agebat cum penitentibus Ioannis ſeueritas q̄ canonū iuris autoritas, miti⁹ Chriſti be nignitas q̄ Ioannis iuſta ſed moderata ſeueritas.

Penitenti⁹ non luct⁹ ſed gau diū indicē dum.

Verbum illud, facite ergo dignos fructus penitentiæ, multos primo tonitruo ſuo nō parū terret & cōſternat, q̄ ſi nō recipiendos niſi multa carnis maceratiōe corpus ſuū caſtigauerint. Sed quātū primo tonitruo terret audientem tāta cōſolatiōe lenit & ungit cōſiderātē. Quis em̄ fruct⁹ eſt penitētiæ, niſi ut q pctōr fuit dimiſsis & omiſsis pctīs uat dat in pace cū ceteris filijs grāe pacat⁹ frīb⁹ gratificat⁹ deo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Quemadmodum Magdalena ſancto numero filiorum dei pacatæ unita placitæ deo ambulauit. Quō aūt in pace dimiſſa fuiſſet ſi poſt omiſſa peccata manſiſſet adhuc debitrix duræ legis ſatisfactionis oīm illoꝝ reatuum, tum ex p̄teritis flagitijs, tum ex facinoribus & ſceleribus reſtātium. Quos ego uel penitus remiſſos cum culpa remiſſa, uel poſt remiſſam culpam penitus integros reſtare puto. Qua enim ratione partim deus penitenti reatum relaxat, cur non eadē etiā ratione totū reatum relaxet, cum totam culpam dimittat, nō uideo. Niſi forte magis in paruo deus iuſticiæ rigorem ſeruare uelit q̄ in grandi. Omnibus confeſſum plus eſſe peccati remiſſionem q̄ reatus. Non enim eſt homo debitor ſupplicij niſi propter culpam, quoniā ſi uacaſſet culpa, non obligaretur ad penam. Quācūq; igit̄ partem reatus iuſticiarij iſti relaxent penitenti, dūmodo tn̄ pars aliquota ſit q̄ reſtat ſemp̄ infinitæ miſeriæ iugo penitentē inuoluunt. Pro quo cum ip̄o penitente p̄ter ſummum ſacerdotem Ieſum, neq; totus reliquus mundus ex equo ſatisfacere poſſet. In Magdalena igitur in pace dimiſſa, qn̄ ſeptem ab ea demonia eiecta fuerunt, quero quota pars reatus in ea remanſit. Primo, vtrum totus reatus poſt culpam penitus dimiſſam, ut ſcilicet omnem penam adhuc deberet perfecte, quæ pro uniuerſitate peccatoꝝ ſuoꝝ ex diuina lege rigoris debebatur. Non puto quiſquā hoc dixerit. Vt ergo non in eternū cruncianda relinquatur, nulla pars aliquota reatus beatæ illi peccatrici remanet exoluenda in penis, quod ſi nulla aliquota, quæro, quis reatus? Dicunt hic, tp̄alis penæ, quæ miſericordi indulto cōmutata reſtat ex æterna. Magnę ſane miſericordię eſt, primo ꝙ omnia peccata dimiſſa ſunt, Secūdo, magnę miſericordię, quod non ęternis cruciatibus debitor eſt. Sed quia omnes uię dn̄i miſericordia & iudicium, ideo uo/

Contra iuſtitiarios tēporalē penā pro culpā dimiſſa neceſſariā aſſerentes.

error mſtorū de pena reſtāte poſt culpam excutitur.

ſuit, ut ſaltem tpaliter obligaretur ad penã. ¶ Qui hæc dicũt nõ uident quãtã fidelibus penitẽtibus miſeriã imponũt, quã ta pietatis ſcandala, offendicula, impedimẽta ſtruant in uijs pietatis. Semp ẽm cogent penitẽtes priorẽ ſuã turpitudinẽ uerſare mente, ſemp carnifices eſſe, ſemp corporalem nõ di co exercitationẽ ad parum utilem, ſed ſemp corporalẽ affli/ ctionem, caſtigationẽ, flagellationẽ, cõtritionẽ & mortifica tionẽ ſuæ carnis circũferre, nõ parcentes corpori ſuo, quaſi cõtritũ corpus, deo ſacrificiũ ſit, cũ contra dicat Propheta, Sacrificiũ deo ſpũs cõtribulat⁹, & cor cõtritũ & humiliatũ deus nõ deſpiciet. Non ergo quãtã perferre poſſet in carne ſua tpalem etiã penã in carne ferendã Chriſtus Magdalenæ reliquit qñ dixit, Vade in pace. Quæ ẽm pax miſero etiam dimiſſis offenſis, qñ retinetur adhuc tortoribus. Et qd refert ab alijs an a ſeipſo cruciandus, uel ergo qui totã culpã to taliter dimiſit & in pace remiſit, miſerũ reliquit uel cõſolatũ. Quod ſi cõſolatũ, quia dñi pfecta ſunt opa, plenarie cõſo/ latũ dimiſit, ut ſolutis oĩbus cathenis debitorꝫ & inutilium corporaliũ exercitationũ, libere iam ſe exerceat cũ reliquis fi/ lijs dei reſtitutus in regnũ ad pietatẽ ad oĩa ualẽtẽ, q̃ nihil aliud eſt q̃ꝫ cultus dei. Semp ẽm quãtũlibet p̃cedente pctõ ceciderit homo a maximo illo & primo mãdato, ĩ quo oĩs lex pẽdet & Prophetæ debitor manet & in pctĩs eſt, quãto legi ille difformis eſt. Deformis aũt ſemp qñ dimiſſa pietate ualde ad oĩa ſtultæ corporali exercitatione ad parũ utili in tendit. Stulta igit̃ oĩm ſententia de penali obligatione poſt remiſſam culpã. Dices forſan, Quid ergo antiquorꝫ patrũ ſententia ſeruatur, penitentem ſatiſfactione aliqua onera/ re, quinetiam ſatisfactionem neceſſariam partem penitẽtiæ poſuerunt. Sed de his alias. &c̃.

Cõtra eos qui dicũt ſatisfactio nẽ neceſſa riam peni tentiæ.

corporalis dolor & af flictio ad modicum utilis eſt.

¶ Verbum ſatisfactionis quod a decretiſtis & p̃dicãtib⁹

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Verbū ſatiſfactiōis blaſphemiam cōtinet & diſperationem nutrit.

in ſacramento penitentiæ tertiam partem ſignificare uolūt
ſi ad rigorem accipiatur, errorē non ſolum habet ſed & blaſ
phemiam continet ac deſperationem nutrit. Si enim Chri
ſtus iureiurato conſtitutus ſacerdos ineternum ſuper do-
mum dei, neq; uacue neq; uane conſtitutus eſt ſed a deo gra
tiæ plenus & ueritatis, quia ueræ gratiæ plenus & de ple-
nitudine eius accipiant uniuerſi. Oportebat confiteri ple-
no illum ſacerdoti o ſacerdotem eſſe, plenam igitur & per-
fectam hoſtiam, uictimam, perfectas primitias perfectas de
cimas, perfecta pacificu, perfectū ſacrificiū, perfectum holo
cauſtū, perfectum incenſum obtulerit. Igitur in hoſtia ſua
pro peccato ꝑfecte repropiciauit populū, ꝑfecte reconcilia
uit, ꝑfecte mūdauit, ꝑfecte reſtituit, ꝑfecte iuſtificauit, per-
fecte ſublimauit, ꝑfecte uniuit in plenitudine gratiæ & ue
ritatis. Nihil de ueræ gratiæ plenitudine detrahere licebit,
& quiſquis detraxerit, blaſphemiæ reus in donatorem, calū-
niæ reus in donatariū. Detrahit aūt, qui non integrā gratiā
dicit, aut qui non gratuitū donū, gratuitā ꝓpiciationē, gra-
tuitā remiſſionē confitetur. Gratuita v̄o quō erit quē opor
tet ꝓ ſui remiſſione, ꝓ relaxatione, pro redēptione æquum
aut tantū refundere donec ſatisfaciat. Ad rigorem em̄ niſi
æquum aut ultra refundat, non ſatisfacit. Dicis fortaſſis nō
oportere ut ad æquum, ſed eatenus dūtaxat ſatisfaciat qua
tenus non eſt per Chriſtum paſſum ſatisfactū, & in hoc ſa-
tis uerba Pauli conueniunt dicentis. Suppleo quæ deſunt
paſſionū Chriſti, quibus eccleſiæ conſuetudo ſe munit. Sed
confitētiū puritas, meram dei gratiam, & per gratuitā Chri
ſti donationē amplectitur, & per illam ſolum confidit iuſti-
ficari in Chriſto, non in ſua iuſtificatione. Suppletnihilomi
nus quæ deſunt paſſionū Chriſti, quia facit hoc quod ad
hanc gratiā paſſionis participandæ neceſſario requiritur, q

Qui ſatiſfactionē aſſerunt neceſſariam blaſphemi ſūt in deū & calūniatores in populū Chriſti.

credit promittenti, ſperat ꝓmiſſionẽ & amat ꝓmiſſa, quantũ aũt ex fide ꝑ caritatẽ operetur uita qdẽ uiuit, ſed nulla æquitate, uel priora ſcelera, uel poſteriorem gloriam poterit adequare. Preter fidem integram & caritatem nihil in Maria magdalena relaxanda Chriſtus requiſiuit.

¶ De ſacramento penitentiæ, de indulgentijs
De poteſtate eccleſiaſtica. &c I

INdulgentiarꝫ materia eſt abuſus queſtorꝫ, & ſepe illorũ falſum crimen, nonnũq̃ impura & corrupta intẽtio Papæ. Verũ his tribus omiſſis, de ſyncera intentione, iuſta cauſa, & plenaria poteſtate uidẽdũ, Et de theſauro eccleſiæ & de participatione mẽbrorꝫ ſub uno capite. Nam p̃s. Particeps oĩm timentiũ deum. Et ſuꝑ Phariſeos uenit omnis ſanguis iuſtus, ab Abel uſq; Zachariam filium Barachiæ. II

Niſi eñ Papa poſſit pro arbitrio ſuæ uolũtatis diſtribuere de theſauro, qui realiter maioris gratiæ eſt, multum nutabit & uacillabit aſſertio indulgentiarum. III

Magna differentia inter miniſtrum ſacramentorꝫ & diſpenſatorem gratiarũ. Vtrũq; tangit Paulus, cũ dicit, Miniſtratores & diſpenſatores miſteriorꝫ dei. Primus agit ex officio & neſcit quid proficiat. Secũdus ex arbitrio & dat quãtum uult. IIII

Differẽtia miniſtri ſacramẽtorũ a diſpenſatore gratiarum.

Circa effectum ſacramentorꝫ in participante, nõ eſt miniſtrorꝫ eccleſiæ determinare gradum gratiæ & fructus cõſequendi. Vnde quantũ baptiſmo uel confeſſione, uel euchariſtia plus aut minus diſpoſitus, quãtũ gratiæ conſequit̃ accedens, non poteſt miniſter eccleſiæ limitare, effectus eñ ſacramentorꝫ ſunt ſecundũ diſpoſitionem accedentis. Non poteſt Papa digne accedenti ad baptiſmum uel digne accedenti ad euchariſtiam, pro arbitrio ſuo metiri gratiam per ſacramentum conſequendam. V

Effect⁹ ſacramẽtorꝫ, miniſter eccleſie non poteſt limitare ſed ſũt ſecundum diſpoſitionum accedentis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

In baptiſmo & penitētia q̄ diuina, & q̄ externa & annexa ab hoibus.

Baptiſmus & penitentia ſunt duo ſacramenta quibus filius iræ & tenebrarꝝ poteſt fieri filius dei, & de morte redire ad uitam. Igitur ex ſua natura nō poſtulant externū aliquod ſuffragium, & quæcūq; externa eis annectuntur, ut baptiſmo, locus, patrinus, aqua cōſecrata, miniſter. Cōfeſſioni, admiſſio caſuum reſeruatio, penitentię ſalutaris iniūctio. omnia hæc eccleſiaſtica ſunt, non diuina, ſed a prudentioribus rectoribus utiliter inuenta, & niſi extra caſum neceſſitatis non prætereunda. VI

Cōfeſſor iiūgēs penitētiā miſcet officia.

Confeſſor qn̄ in ſacramento recōciliationis penitentiā iniungit poſt abſolutionem, miſcet officia, eſt em̄ miniſter ſacramenti, & cōſiliarius regendæ in futurū uitæ. In primo officio habet audire tm̄ & abſoluere. Nam dn̄s ꝓ præterito dixit. Remittūtur tibi peccata tua, uade in pace, officio primo, ſed quod ſubdit, noli amplius peccare, cōſilium de futuro, & hoc officio ſecundo. quo etiam ſacerdos pro regimine futuræ uitę conſulit, & p̄teritorꝝ memoriam & diſplicentiā dirigit in deteſtationem futuram. VII

De non iūgēda penitentia ꝓ præteritis peccatis.

Penes primū officiū nulla iniungitur penitentia, ſicut nec in baptiſmo. Eſt em̄ ſacramentū tantū liberali donatione legiſlatoris & regis decretū, cui qui iuſticialem adijciendā putat, is ſacramenti inſufficientiam aſtruit, & liberalem regis gratiam m inuit, & peiorem facit cōditionē filiorꝝ eccleſię, q̄ filiorꝝ ꝑfidiæ. Nā infidelis ſolo ſacramēto iuſtificat̄, & fi
Semp ab exordio na (delis nō poteſt confeſſione. viij
ſcentis eccleſiæ, non ſolū confeſſus dn̄o abſoluebatur, ſed qui ꝓpoſuit confiteri dn̄o iniuſticiam ſuam, conſequebat̄ remiſſionem impietatis peccati ſui, ſed eccleſia hoc tp̄e liberaliorem habet donationem. Igitur nunc fructuoſior eſt confeſſio ſacramentalis, q̄ tunc actus obedientialis de actu iudiciali, Raro quis per confeſſionem ſacramentalem iuſti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ficatur, quia iam ante per ꝓpoſitũ iuſtificatus, ſed ante euãgelium confeſsis dño. Quis poſt remiſſam impietatem peccati iniunxit Manaſſe tot ſeptennia. Vel Dauid pro tribus mortalibus. XXI. annos. IX

Officium conſiliarij iniungit penitẽtiã, qm̃ ſic omnia peccati remedia nominari poſſunt. Nam & baptiſmus penitentia per ſanctũ Petrũ dicitur, & quia quicquid in futurum fit officio fit conſulentis. Itaq; niſi acceptat confeſſus non obligatur implere. Neq; etiam ſi ſimpliciter ꝓponat & dicat facturum, niſi uoueat deo. Sicut em̃ domeſtica ita & pſonalia ꝓpoſita, & hæc uocari poteſt penitẽtia iniũcta. X

Añ confeſſus ſit obligatus iplere quod iniungitur.

Differentia inter penitentiam iniũctã & iniungendam. Prima eſt conſilij confeſſoris, ſecunda fori diuini, prima utilitatis, ſecũda caritatis, prima laboris, ſecunda amoris. Reuertenti & reuerſo ad deum, nihil ita iniungendum, q̃ ut nõ amplius peccet, ſed pure deum diligat. Igit̃ cordis mũdicia ſola eſt penitentia conſummata & iniungenda per uiam inſtructionis & adhortationis, docere eam poteſt, hortari ad eam non poteſt neq; dare. XI

Deus non mãdat mundiciam cordis directe, ut p̃uaricatorem exicialiter condemnet, ſed ſtatuit tm̃, ut niſi mundo corde deum non uideat. XII

In his quæ mere diuini iuris ſunt, Papa docere, monere, hortari poteſt, mandare non poteſt. Non plus ligatur audiens p̃ceptum caritatis de diligendo, addito mandato Papę, q̃ȝ ſi ſolum moneat & hortetur, quoniam ſatis obligat mandatum dei, nec maiori opus obligatione. Quod ſi Papa non poteſt mandatorie obligare fideles ſuper obligationem diuini fori, relinquitur non poſſe mandare p̃ter mandatũ diuinum ſecundum ſuam uoluntatem. XIII

Papa non plus obligat præcipiens q̃ȝ docens.

Fideles ſunt ſerui dei ſeruitute latrię a latreuein, nõ ſer-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ui Papæ, neq per duliam, neq per latriam, quoniã lex Chriſti lex perfectæ libertatis. XIIII

Circa duodecimũ & tredecimũ, non ꝑtereundum uerbũ Apl'i. Cum omni imperio doce, ſed uerbum ſeipm̄ explicat, tu doce cum imperio diuini non tui mandati. XV

Eccleſiaſticus miniſter tm̄ miniſtrat ſacramẽta, ſed effectum & fructum eoꝝ relinquit cordis inſpectori. XVI

Plenaria indulgentia. Plenaria indulgentia eſt omnis obſtaculi beatificam uiſionem impedientis ſublatio actiua, ſicut pfecta penitentia eſt uera & ſyncera cordis mũdicia, utraq a deo tm̄. XVII

Perfecta penitentia iniungenda. Perfecta penitẽtia eſt penitentia iniungẽda, ſcilicet, Noli amplius peccare, Ad quam miniſter eccleſiæ monere poteſt, mandare aut dare non poteſt, ergo nullam aliam ꝑceptorie iniungere inferiorem penitentiam. XVIII

Poſſibile eſt perfectam penitentiã actu, & abſq eo quod ſit plenaria indulgentia, ut patet in Ioanne Baptiſta, poſt decollationẽ usq ad paſſionẽ dñi. Et de Ioanne Euangeliſta neſcit eccleſia, ſi uel cũ Petro & Iacobo & Andrea in patria, uel cum Enoch & Helya in uia. XIX

Dñs Ieſus ꝑcepit fidelib⁹ ſeruis ſuis negociari donec ueniat de talentis ſibi creditis, & nõ poteſt Papa ſuo arbitrio aut eſtimatione facere, quatenus negociatio eius qui ſuplucratus fuit alia tria, ualuerint quinq talenta. XX

Fundamentũ aliud nemo poteſt ponere, ꝑter id quod poſitũ eſt Ieſus Chriſtus, Sup hoc fundamentũ ſupedificat lapides ꝑcioſos, aurum, argentũ, lignum, fenum, ſtipulã, uniuſcuiuſq opus quale fuerit ignis probabit, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur, ſed ſpiritus ſaluus erit, ſic tamẽ quaſi per ignem. XXI

Nemo mortaliũ etiã de ſuo ꝓprio opere diiudicare poteſt differẽtias ſuperedificatoꝝ, licet oẽs uel formaliter uel

equiualenter uere cõfeſſi & contriti ſint, q̃m ſpũs ſingulorꝫ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. XXII

Nemo mortalium nouit, qualis ille ignis, qui uniuscuiuſ ꝗ opus probabit, Tropica eñ locutio eſt de igne non mi/nus ꝗ de lapidibus præcioſis, auro, argento, ligno, feno, ſti/pula, talem neceſſe eſſe ignem & urẽtem, ſicut ſuperiora cõbuſtibilia tropus tropum trahit. XXIII

Quis ſit ignis q opus cuiusꝗ ꝓbabit neſcitur.

Quod ſi nemo mortalium huiusmodi aut diiudicare poteſt, liquet profecto, quod nemo mortalium ſuo arbitrio alterum pro altero commutare poteſt, ut is qui lignum ſup/edificauit, arbitrio Papæ aurum ſuperedificauerit, aut ut ignis ille non aliter fenum aut ſtipulam probat ꝗ argentum & aurum.

Valde ſuſpectũ facit opinionũ diuerſitas & aduerſitas do/ctorum, & ex hoc libertas fidelibus ut catholicæ opinionĩ & doctori adhereat ſingulas pertractet, & circa eas opinetur ꝗdiu rationadiliter circa littus nauigat ſacri canonis, cano/nis dico ſacræ ſcripturę. XXIIII

Sanctę ciuitatis Hieruſalem quędam eſt participatio in idip̃m, quia Dauid participem ſe dicit oim timentium deũ. Sunt itaqꝫ diuitię quędam ſupererogationis in theſauro de quo ſecundũ iuſticiam diſtributiuam participant ciues ſecũ/dum dignitatem maiorem uel minorem. XXV

Diuitię ſupererogatiõis in theſauro dei.

Sanctę eccleſię fidelium corpus unum, ſancti ſpũs operatione uiuificatur in nobilioribus mẽbris potiora cariſmata ſuſcipiens. Sed horum mẽbrorꝫ collatio uel adunatio in corpore, & ſpũalis uiuificatio dei dũtaxat opus eſt, quę li/cet ſit meritum hominis Chriſti, opus tamen eſt Chriſti dei. xxvi

Quod ſi Papa pro arbitrio eſtimare poſſet & taxare poſſet ualores operum pietatis, ſubuerteretur fundamentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

pietatis antiquoꝝ patrũ, qui ſeruiendũ deo putabāt in ſan-
ctitate & iuſticia omnibus diebus uitæ ſuæ, magis eṁ ſerui-
endũ dño papę, uel exigua pecunia obtemperandũ, ut poſt
ueram confeſsionē & contritionē momentaneo labore libe
rati de manu inimicoꝝ noſtroꝝ ſine labore euolarēt. Pena
eṁ eſt in manu inimicoꝝ noſtroꝝ ſeruitus. XXVII

Quod ſi Papa arbitrarius arbiter, non iam ipē Chriſti, ſed
Chriſtus eius eſſet uicarius, Nam ex uoluntate eius pende
ret iudicium Chriſti. XXVIII

Fundamentum magnum in regno dei in ſpũ, in fructu
ſpũs, in meſſe, in uita iuſtoꝝ, in forma ambulationis Pauli
in caritate, in gratia. Fructus ſpũs, caritas gaudiũ. &c. ad Ga
lathas ultimo. Superedificatio. &c. XXIX

Cum omnibus ſectamini ſanctimoniã ſine qua nemo ui
debit deum. XXX

Vnicuiqꝫ data eſt gratia ſecundum menſuram donationis
Chriſti. Ad Ephe. iiij. Solus Chriſtus menſurat donationē.

Videte quomodo caute ambuletis redi- (XXXI
mentes tempus. Faciliori compendio dediſset uiam de mil
le annis indulgentiarum.

Perfecta mundicia cordis, reparatio, imago dei.

Perfecta mũdicia cordis, eſt ꝑfecta interioris hoīs reparatio.

Perfecta interioris hominis reparatio eſt, ut fiat perfecta imago dei.

Perfecta imago dei, eſt perfecta conformatio interioris ho minis ad deum.

Veræ diuitiæ eccleſiæ ſunt in uera mũdicia cordis, in repa ratione interioris hominis, in perfecta conformatione ima ginis ad id cuius debet eſſe imago.

Omnia mēbra participant ſub uno capite. Participatio ci uium Hieruſalem in idipſum, & Dauid particeps oim timē

ctum deum. Et Phariſei participes omnis ſanguinis iuſti ef/ fuſi ab Abel uſq; Zachariam, & ipſi occiderunt Zachariam inter templũ & altare, cum plus ſexcẽtis annis occiſus eſſet Zacharias añ tpa Chriſti. Quis ibi diſtribuit theſauros Sa/ thanæ, ut Phariſei participes fierent illius homicidij. Neq; Sathanas neq; Cayphas, & tamen fuerunt participes.

Participa tio mẽbro rũſub uno capite.

Iudicij & diffinitionis tempus quo animæ ad dexterã aut ſiniſtram in perpetuum conſtituuntur, vtrum in morte car nis, aut poſt mortem carnis ſit, Auguſtin⁹ in princi, ca. ix. xiij. de ciuitate indeciſum derelinquit.

¶ De ſacramento penitẽtiæ, De indulgentijs.

De poteſtate prælatorum eccleſiæ. I

IN materia indulgẽtiarum circa propoſitiones ſuperiores ualde notandum uerbũ Auguſtini. li. viij. de trini. ca. iiij. Deum niſi hic nunc iam diligamus, nunq; uidebimus. II

Sed oportet addere, ut mundo corde diligamus, & ut per fecte diligamus, Hoc Papa donare non poteſt. III

Fide mundatur cor, non uoluntate Papæ. Fide inquam per caritatem ſtudioſa, ut emundetur donec ad uidendum deum cor aptum & idoneum. Hæc Auguſti. IIII

Papa poteſt docere ſecundũ uoluntatẽ dei, nõ p̃cipere ſecũ dum uoluntatem dei, non em̃ plus ligat p̃cipiens, q̃ docens mandata dei, quod ſi nõ poteſt p̃cipere ſecundũ uoluntatẽ dei, non etiam poteſt p̃cipere ſecundum uoluntatem ſuam. Chriſtiani enim non ſunt ſerui Papæ, ſed ſerui dei tantum. & hæc ſeruitus grece latria, a latrenein, ſed nõ prætereun dum uerbum cum omni imperio doce. V

Papa non plus ligat p̃cipiens q̃ docens.

Papa miniſtrat ſacramenta tantũ, ſed effectum & fructũ eorum relinquit cordis inſpectori. VI

Plenaria indulgentia eſt omnis obſtaculi beatificam ui ſionem impedientis ſubtractio actiua, ſicut conſummata pe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Plenaria indulgentia, consummata penitentia.

nitentia eſt uera & ſyncera cordis mundicia, prima a deo
tm̄. ſecūda in creatura rationali ſed a deo tm̄. Iuxta ſecundū
cōſummata penitētia eſt penitētia iniūgēda. Noli amplius
peccare. VII

In eccleſia Paulus ſuppleuit q̄ defuerūt paſſioni Chriſti,
Dauid particeps oīm timentiū deū, eſt igitur quidā theſau
rus diuitiarꝫ ꝑticipatio celeſtis Hierl'm, ergo inferiores a ſu
perioribꝰ accipiunt, & quo etiā ſuperiores ab inferioribus
redūdātia q̄dā locupletāt, ſed eius theſauri diſpenſatio apud
illū ſolū eſt, q nouit ciues celeſtis Hierl'm ſingulos ſuo ordi
ni diſtribuere. Et ſpūſſctūs unicuiqꝫ mēbro influet uitā &
opationē, ſicut uolūtate p̄ris in corpore Chriſti uiri pfecti
occurrēte in cōſūmatiōe ordinē & locū accepit, neqꝫ pōt Pa
pa facere neqꝫ p̄cipere ut i illo corpore pes ſit in loco manus
aut oculi, ſed diuinæ hoc tm̄ reſeruatū eſt diſpoſitiōi. VIII

De theſauro eccleſie, & apdꝰ quē ſit huiꝰ theſauri diſpēſatio.

Papa nō ſolū hūiliter, ſed etiā ueraciter ſcribit ſe ſeruū ſer
uorꝫ, Nā Chriſtꝰ qn̄ p̄cepit fieri oīm minimū, & ſi miniſter
nō p̄cepit mētiri, ſed reuera maiore ſibi delicto īcūbit i lege
dei uolūtatē ſuā eſſe & i ea meditari die ac nocte, ſicut mater
filio ſeruit egroto nihil imperās. Et hoc iuxta q̄rtū ſupra. ix

Paulus parturiuit iterꝫ in uiſceribꝰ caritatis Corinthios,
donec formaret̄ Chriſtꝰ in eis. Igitur matris officio functus
non ſolū quia uoluit, ſed etiā quia debuit ſicut mater egro
tantibus filijs ſeruire & omni ſtudio ſalutē ꝓcurare. x

Papa ſicut Paulus materna affectiōe ex caritate debet ſer
uire oībus ſeruis dei, & ita eſt ſeruus ſeruorꝫ dei, maioris ca
ritatis debito, non uilioris conditionis gradu. xi

Sicut in medijs ꝓcellis & tēpeſtate nauigātibꝰ detrito pe
rito gubernatori obuiare, ſed parere, ita ſi gubernator temu
lētus fuerit & ſopitus dimiſſo clauo fluctuare & iactari na
uem patiat̄, poterūt nō ſolū alij maris & naualis artis periti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ſed & debent eiecto illo ad temonem accedere,ſibi & ſocijs nauigãtibus cõſulere,ita & in nauicula Petri. xij

Penitẽtia iniũgẽda eſt, Noli ampli⁹ peccare,quã ſi pfecte ſeruat,eſt mũdus corde.Igit cõſũmata penitẽtia,& ſicut penitẽtiã abſolutio & indulgẽtia,ita cõſũmatã penitẽtiã plenaria ĩdulgẽtia ſeqt. Nã bti mũdo corde qm̃ ipi deũ uidebũt. xiij

Quæ peni tentia iniũ genda.

Populares aliter de indulgentijs,& aliter Romani Põtifices. Papa em̃ plenariã remiſſionẽ ab iniũct a penitentia. Populus inoffenſum tranſitum ad beatitudinem. xiiij

Nemo poteſt plenariã cõcedere remiſſionẽ, qui non poteſt dare plenariam indulgentiam. xv

Plenariam indulgentiam nemo poteſt dare,qui non poteſt dare ea quæ ad illũ requiruntur,puta penitentiã,cõtritionẽ,gratiam,caritatem,mundiciam cordis. xvi

Non poteſt Papa ſcire q̃ ſint illa obſtacula,quæ dilectũ filiũ a patris oſculo prohibent aut differũt, nihil em̃ in foro diuino ſcit Papa,niſi per penitẽtis confeſſionem. xvij

Nullus penitens poteſt ſcire obſtacula quibus digne diſcernit filiũ adoptionis,& qui iam habet ſpm̃ filij ſui, non debere adhuc admitti ad amplexum & oſcula patris. xviij

Cũ oi imperio doce,cõpoſitũ ꝟbũ ẽ duas pſonas reſpiciẽs deũ & diſcipulũ. Nã quod dicit,doce ad diſcipulũ,cũ imperio ad deũ,cui⁹ ædicta docere debuit grauioris poteſtatis autoritas ꝗ cuiuſq; imperatoris. Magis aũt dicit argue cũ om̃i imperio,ſed eodẽ mõ modificandũ. Nam argue docẽdo ſecũ dũ omne imperiũ diuinũ. Nã niſi ſic, grauiori ꝗ iudei iugo ſeruirem⁹,quia duplicis mãdati puaricatores eſſemus. xix

Nullo grauiore ſcandalo eccleſia ureretur,ꝗ ut epiſcopi ſuæ autoritatis imperio præcipere poſſent. Magis hoc formidandũ regibus & principibus,ꝗ Herodi & Romanis Chriſtus naſciturus. xx

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Canões q̃n abrogandi

Q̃ñcũq; ex ſeruato canone tãtũ malũ ſeq̃r, quãtũ urgebat ut cõderet, tũc cõtraria tp̃a canonẽ ex ſua natura abrogãt. xxi

Quod ſi Papa in his q̃ mere diuini iuris ſunt nihil p̃ciſ pere poteſt, utputa de diligendo deum, non poteſt p̃cipere in uim peccati mortalis, ut ſui canones ſeruentur. Vnde ca nones, directiones ſunt & ſapientum conſilia. xxij

Papa non poteſt ut opus meritoriũ ualeat eſtimatione plus q̃ ualeret eſtimatione dei, ſic eñ non uicarius Chriſti eſſet, ſed Chriſtus uicarius eius. &c.

¶ Statuta & p̃cepta p̃latorꝝ quãtũ obligãt, & quantũ ſint ſeruanda.

De ſtatutis & præceptis prelatorꝝ audiendis aut relinquendis.

AD autoritatẽ p̃latorꝝ eccleſiæ ſuo metro & gradu iuſto in obligatione præceptorꝝ & ſtatutorꝝ ſuorꝝ moderãdã, nõ parũ facit uerbũ dñi de obſeruãtia traditionũ ſeniorꝝ. Non eñ ſeniorꝝ illorꝝ autoritates min⁹ p̱ dñm ſtabilita in Deuterono. xvij. ca. dicentẽ. Et erit oĩs anima quæ non audierit uerbũ ſeniorꝝ, q̃n a fluctuante iudicio aſcenderint ad locũ quem elegerit dñs, q̃ noui teſtamenti autoritas dicẽs. Qui uos audit me audit, & qui uos ſpernit me ſpernit. Verũ hoc in his quæ ſecũdũ deũ ex deo & in deũ decreuerint. Alioquin, Si relinquentes mandata dei, humana & ſua mãdata præcipiant, quãtũlibet in Ap̃lorꝝ locũ ſucceſſerint, nihil eſt quod faciunt & præcipiunt. Imo Apoſtoli ipſi ſi facerent nõ eſſent audiendi, autoritate Ap̃li ad Gala. monẽtis nõ credere, etiã ſibi p̱ ep̃lam aliter prædicãti ꝙ ueritatẽ quã añ acceperãt. Vnde denſa illa ſylua decretorꝝ & decretaliũ ſua diligentia ſacrarũ literarꝝ ſtudiũ abolens & intelligẽtiam impediens & relinquere cogens, vñ p̱ tãto mandato dei noxia inuenit. Nihil ergo fuit illorꝝ determinatio (etiã in materia ſacrificiorꝝ quæ res diuina erat), q̃n pietatẽ in parentes dei mãdato firmatã non fouebat.

¶ Quæ ſit uera cõmunio ſanctoꝝ, De theſauro eccleſiæ, De participatione & diſpenſatione huius theſauri, De fraternitatibus, &c̃.

VERA eſſentiali unitate cõicant ſancti oẽs, quotquot una fide, una ſpe, una caritate Chriſto coherent, ſub quibuſcũq; prælatis quãtũlibet ambitioſe cõtendentibus aut diſſentientibus aut errantibus etiã hereticis prælatis degant. Quãtũlibet locoꝝ ſpatijs, quãtiſlibet annoꝝ interuallis diſiungantur. Et hæc eſt illa ſanctoꝝ cõmunio, de qua in ſymbolo, Credo ſctõꝝ cõmunionẽ. Vnde nobiſcũ communicauerunt patres noſtri omnes, qui eodem nobiſcũ baptiſmo baptiſati, & eadem eſca ſpiritali refecti, eadem ſpiritali petra nobiſcũ refocillati. Nihil hanc ſanctoꝝ unitatẽ & unionẽ præſidentiũ diuerſitas diſtrahit, nihil idemptitas promouet. Quia pijs nihil nocet præſidentium impietas etiam hereticæ prauitatis. Conſtat aũt ꝙ ualde poſſibile grecum uera pietate affectum omnia credere in Conſtantinopoli ſub ſuo Patriarcha ſciſmatico, quæ Latinus Romæ credit. Quid illi nocet ſuoꝝ heretica prauitas. Vnitas ergo eccleſiæ ſub uno Papa tantũ accidentalis eſt, adeo ut non ſit neceſſaria, licet conferens multũ in ſanctoꝝ cõmunione. Stat ẽm ſub eodem præſidente ſubiectis eos qui præſidenti non cõmunicãt. Talibus ẽm quiſq; cõicat, qualis ipſe eſt, pius pijs, fidelis fidelibus. quemadmodũ impius impijs, fur furibus, adulter adulteris. &c̃.

De fidelibus i Grecia & alibi cõſiſtẽtibꝰ

¶ De poteſtate Papæ, De theſauro eccleſiæ & participatione & diſpenſatione huius theſauri.

Poteſtas papæ uel conſilij in theſauro eccleſiæ.

DE theſauro eccleſiæ neminem poteſt Papa uel concilium generale locupletare uel ditare in parte uel in toto, niſi quem poteſt corde integrare & affectu inflammare, quatenus uerus theſaurus eccleſiæ uere illi theſaurus fiat. Vnde ſi non poſſunt inflammare cor in poſſeſſionẽ illiꝰ theſauri, nõ etiã poterũt dare poſſeſſionẽ theſauri. Deſyderare poteſt Papa, orare poteſt, obſecrare poteſt, cõfidere poteſt, cõmendare poteſt, grãs agere poteſt, poteſt fortaſſis & ꝓcibus impetrare interdũ, ſed ut autoritate donare aut regulariter imperare poſſit (q̃m nec neceſſaria requiſita ꝑparatione aptare poteſt) nõ credo. Nullo em̃ ſuo miniſterio uel opere uel arbitrio poteſt ut accedẽtes aut ſubeuntes oẽs regulariter deo ſint quales eſſe debent. Quod ſi non poteſt quæ incerta ſunt & imperfectiora ſunt, quõ quæ grauiora, ꝑfectiora ſunt poterit? Qui nõ poteſt digne ꝑparare, quõ poterit glorioſe cõſummari? Vtrũq; ſicut in ſolũ deũ ita etiã a deo ſolo. Vniuerſa triumphantiũ eccleſia magno noſtro munere nõ ſine nobis conſummabitur, ſed quid in eo meliꝰ ꝓuiſum, niſi ut nocte & die ꝓ nobis interpellent, non autẽ lego ut poteſtatiue tribuãt iuſtificantẽ caritatẽ uel amorẽ. Nemini em̃ ulla res theſaurus eſt, niſi quatenus cor apponit. Puer nuces & poma theſauriſat, ſtulto aurũ & gẽmæ periperiſſima ſunt. Sola igit̃ cordis eſtimatione theſaurus eſt. Vnde quibꝰ theſaurus eccleſiæ theſaurus nõ eſt, illis nõ poteſt Papa uel dare uel facere ut fiat eis theſaurus. Quiſquis ergo uolet uere de theſauro eccleſiæ participare, particeps fiat amoris. Et qui ditari uolet ex theſauro: diues fiat amore & affectu. Et qui plene locupletari plene & perfecte amet. Alioquin oĩs uia caſſa eſt. Et hanc uiam etiã in Thebaide & Scythi Antonius & Paulus (qui de hac plenitudine poteſtatis nihil adhuc Romani Pontificis opinabant̃) tenebant, puto

Theſaurus dicit̃ ſolũ cordis eſtimatione

Paarticipatio theſauri eccleſiæ eſt ſecũdũ ꝑticipationẽ amoris.

impune plenaria remiſſione, plenaria remuneratione, plena/
ria fruitione transierunt expediti in deum, necꝫ pleniori ex
peditione tranſiſſe, etiam ſi Romanus Pontifex plenariam
remiſſionem miſericorciter indulſiſſet.

COmmunio ſctõꝝ articulus eſt fidei, a qua neminẽ Papa
põt excludere ĩuitũ, nec debet. In quã expertẽ neminẽ
in ſtituere põt autẽtice, ut ꝓpterea ſit, quia ip̃e ſic uult.
Poteſt aũt ſicut Petrus & Paulus fideli miniſterio ut cõicẽt
ſctis q̃ audiendo & obediẽdo ciues fiant ſctõꝝ ac domeſti-
ci dei. Quiſcꝫ cõionis aut excõicationis menſurã habet pe
nes mẽſurã amoris & uocationis a deo ac dño Ieſu. Nec ĩ
arbitrio uel ſcitu Papæ qs magis aut minus cõicet ſctis aut
excõicet. Debet Papa uelle ſicut Moſes & Paulus deleri
de libro uitæ, & optare fieri anathema ꝓ fratribus nõdum
cõmunicantibus. &c̃. ut ſupra.

De excom
municatio
ne papę &
p̄latorum.

SAnctus Petrus primus Papa, per ſpm̃ſctm̃ caſſauit om
nes uias & aditus regni p̃ter uiam ſcalæ denariæ, & hãc
ſolã dicit abũdãter miniſtrare introitũ in regnũ dei & ſal
uatoris, & hoc nõ autoritate ſummi Põtificis errare poten
tis, ſed autoritate dei ſpũs loquẽtis per eũ. Videt̃ igit̃ expreſ
ſe ſpũs ſctũs ꝓphetice per Petrũ dãnaſſe & reprobaſſe for/
mã indulgentiaꝝ. Dicit em̃ expreſſe, Cui nõ aſſunt hæc, de
cem ſcilicet, Fuga corruptionis cõcupiſcentiæ mũdanæ, ſol
licita cura miniſtrata, fides, uirtus, abſtinẽtia, paciẽtia, pietas,
fraternitatis amor, caritas. Cui non aſſunt hæc, cecus eſt, &
manu uiam tẽtans, obliuioſus purgator ueterum delictoꝝ.
Dicit item, cui hæc aſſunt, abũdanter miniſtrabit̃ ei introi
tus in regnũ ſaluatoris. Hæc igit̃ bulla, nõ ſancti Petri, ſed
ſcti ſpũs ꝑ Petrũ publicta, & ꝑ eccleſiã canonice ſuſcepta,
ſola unica ĩdubitata, uerę ꝑfectę ĩdulgẽtialis ẽ. Necꝫ ulla a/
lia lõgior aut alia uia plenariã remiſſionẽ ꝓmittẽs acceptãda

Bulla ĩdul
gentialis
ſpũs ſctũs,
ꝓmulgata
ꝑ petrũ pri
mũ papã.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Hāc ſcalā primus papa Petrus canoniſatā unicā dicit contra culpas & penas.

¶Hęc ſcala, & ſolida bulla indulgentiarum.

I Fugiētes ei⁹ q̄ in mūdo eſt cōcupiſcētię corruptionē.

II Omnem curā ſubinferentes.

III Miniſtrate in fide ueſtra uirtutem.

IIII In virtute ſcientiam.

V In ſcientia abſtinentiam.

VI In abſtinentia pacientiam.

VII In pacientia pietatem.

VIII In pietate fraternitatis amorem.

IX In amore fraternitatis caritatem.

Hęc em̄ ſi uobis aſſint, & ſuperent, id eſt, perfecte ſint, non uacuos, nec ſine fructu uos conſtituent in dn̄i noſtri cognitione. Cui em̄ non preſto ſunt hęc, cecus eſt & manu uiam tētans, obliuionem accipiens purgationis ueterū delictorum. Ergo ſine his nō eſt clauis regni, neq; purgatio. Quapropter fratres magis ſatagite, ut per bona opera, certā ueſtram uocationē & electionem faciatis. &c̄.

¶De uera cōmunione ſanctorū, a qua nullus excōmunicare, nullus participem facere poteſt niſi ſolus deus, ad quā obligatur omnis homo quātūlibet excōmunicatus.

OMNES homines a principio inſpiratę animę rationalis uſq; in mortem, uiatores ſunt, & cōmunicāt omnes una cōmuni facultate lucis lucentis in tenebris. Sed quia uiatorum quidam odiunt lucem hanc lucentē in tenebris, obturant aurem ſuam ne audiāt uerba legis, deprauant uias ſuas ne faciant legem. Ideo eſt alia germanior cōicatio uiatorū ambulantiū in uijs dn̄i audientiū quid in eis loquatur diuina ſapientia, quia loquitur pacem in eis, & qui legem nō habentes, naturaliter ea quę legis dei ſunt, faciūt, ipſi ſibi lex ſunt, oſtendentes opus legis ſcriptū in cordib⁹ ſuis. Hi omnes poteſtatem habent filij dei, fieri & eſſe.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Vnde horū cōmunio fraterna germanitas eſt in deo. Neqꝫ ab hac cōmunione quiſq̄ excōicare poteſt, neqꝫ participem facere niſi ſolus deus. Et ad cōmunionē iſtā tenetur omnis homo quātūlibet excōicatus. In hac filioꝝ dei cōione participantior eſt, qui caritate paterna in deū, & ꝑ hoc fraterna maior. Vnde fit, ut quia q̄n fidelius gaudet frater de bono fratris q̄ is qui habet, fit ut ille magis participet qui maiorē eius fructū capit. Hic iam facile liquet quēqꝫ tantū participare fraternis bonis, quāto quiſqꝫ deſyderio trahitur & feruet in illa. Non ergo literæ fraternitatū participes faciūt uigiliarꝝ, ieiunioꝝ, diſciplinarꝝ, orationum, ſed unio fraterni amoris. Vnde angeli in celis, quia gaudent ſuꝑ uno peccatore penitentiā agenti, participāt bono penitētis. Et participē ſe dicit Propheta omniū timētiū deū, q̄m in omnib⁹ illis plenos manipulos deſyderioꝝ ſuoꝝ metit, & id abſqꝫ illoꝝ detrimento. Hæc eſt eſſentialis filioꝝ dei cōmunio & germana fraternitas, a qua nulla eccleſiaſtica poteſtas uel excludere uel introducere poteſt. Particeps ergo uigiliarꝝ, ieiunioꝝ, obſeruantiarꝝ & orationū oīm religioſorū eſt, quiſqs illa illoꝝ bona ualde deſyderat, etiam ſi non prior aut capitulū illi literas dederint ad hoc. Imo ſi feruentiori deſyderio talia illoꝝ bona uelit q̄ ipſi, pluſ ipē q̄ ipſi facientes participabit, quia pleniores pietatis manipulos beato ſuo gaudio ſine illoꝝ detrimēto colliget, ſed & illoꝝ augmēto colliget, q̄m deſyderiū huius exaudiēs dn̄s illos facit caritate feruētiores.

Tantū de bonis alioꝝ ꝑticipamus quantū amam⁹.

Litterę fraternitatum nō faciūt ꝑticipes.

De ꝑticipatiōe operum pietatis religioſoꝝ ſine cōſenſu prioris & capituli

¶ De materia fraternitatis & participationis oſcitanter & frigide ab alijs tractata.

VNde mirabile ualde eſt, ꝙ in omnibus his doctiſſimis uiris, & cū multi materiā fraternitatis & participatiōis date externis & beneficis de theſauro collegij monaſtici tetigerint, nemo eoꝝ ꝓfundius intrauit ad querendū &

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ſcrutandũ, de quãto prior domus benefactorem aliquẽ parti-
ticipem facere poſſit, utrũ quãtũ pietas eius benefacti mere-
tur, aut quantũ illi fauet prior præſidens. Manifeſte eñ di-
cit ſcriptura, Qui dederit iuſto in nomine iuſti, mercedem
iuſti accipiet. Non tñ puto ꝙ partem accipiet de mercede
iuſti, ita ut iuſtus ille tanto minus accipiat, quãto hic bene-
factor de mercede illius accipiat ſed mercedem cũ iuſto ac-
cipiet, quia iuſticiã tametſi ante nõ dilexit, quia tñ iuſticiã
in eo quem iuſtum credit, opere diligit, quatenus diligit iu-
ſticiam eatenus iuſtoꝝ mercedem accipiet. Et illam merce-
dem iuſti iuſtus nõ donat aut tribuit, ſed dñs inſpector cor-
dium, diſcretor cogitationũ & intentionũ cordis, qui nouit
quãto amore iuſticiã ueneratus dederit iuſto. Poteſt enim
eſſe ut maiore amore hic ueneratus ꝙ̃ coluerit ille, & ergo
maiorem mercedem iuſti accipiet ꝙ̃ ille. Vnde nõ de illius
mercede. Neq; ueriſimile eſt, licet doctor ſanctus & pleriq;
alij poſt eum doctores hoc ſentiãt, & hodie cõis religioſoꝝ
practica hoc habet, ut ceteros benefactores ſuos oĩm operꝝ
ſuoꝝ conſtituant participes. Mirabile dictu ut qui de ora-
tionibus ſuis quas in poteſtate habent, poſſunt eñ ꝓ qui-
bus uolunt orare, & quantũ uolunt. Quia tñ orationis meri-
tum neq; ſcitum, neq; certum, neq; in poteſtate habent par-
ticipem facere, non pollicentur, ſed ꝑfectum & fructũ, deo
quantũ uelit exaudire cõmittunt. Hi ipi de omnibus ſuis
repoſitis meritis præmijs diſtributionẽ promittũt, quaſi de
ſuo ꝓ poſſeſſo alterũ inſtituere poſſeſſorem, & ſeſe expolia-
re, ſaltem ꝓ illa parte ad quam percipiendam externus ille
admiſſus & inſtitut⁹ ſuccedit. Cautius agerent fratres nul-
lum externũ inſtituendo, ne forte nõ illis & iſtis ſufficeret.
& fieret magis caritatis ſciſma ex tali cautela. Quod ne co-
gamur confiteri, reuocemus participationem iſtam ad meri-

opinio doctoris ſancti & ſeqci um eius.

Religioſorũ practica

Qn̄ & quā tū̄ p̄ticipamus.

ta participantis & diſtributionem cognoſcentis & acceptantis. Vnde quātū ego in corde meo & ex corde in opere uel ſermone beatificauero timentes deum, tantū imo timorem dei & timentes deum. Quiſq; aūt timorem dei & timentes deum quantū diligit, tantū in eis remunerabitur, & tūc particeps oīm timentiū deū ſine illoꝝ detrimento, (quia participatio Hierl'm in idipm̄, quia ſine detrimento mutuati luminis cōmertiū in Hierl'm eſt, in lumine & igne omnia ibi aguntur) ſicut illos abſq; illoꝝ detrimēto uenerabaꝉ. Neq; illam ſuam participationem ipē a timentibus accipit, ſed a deo menſuram amoris cognoſcente. Sic qui dat iuſto, in nomine iuſti mercedem iuſti accipiet, & qui dat Prophetæ in nomine Prophetę mercedem Prophetę accipiet, ab illo qui ſcit quantum in dādo amat iuſtum aut Prophetam. Amor enim non opus remunerabitur. Si enim diſtribuero omnes facultates meas in cibos pauperū. &c̄. Vnicuiq; a deo erit laus & menſura conferta & coagitata & ſupereffluens in ſinum ſuum a deo non temporalium prælatorum arbitrio. Quia cum non ſit eorum poteſtas arbitraria ſuper effectū ſacramentorum, multo minꝰ ſuper merita pietatis. Prælatio enim non altius bonum præſtare poteſt q̄ propter quod cōceditur. Eſt autem conceſſa pro pacifico & inoffenſo conuictu ſeruorum dei, quanto id prudentia & diligentia humanæ fragilitatis diuinitus adiuta præſtare poteſt. Vt aūt homo magis ac magis deo placeat in eo poteſtatem non habet, neq; ad hoc authoritas prælatiōis ſe extendit. Hac forma pietatis per teſtamenta domos & agros uendicant. Sic per uerba Doctoris ſancti, ſic per benedictiones turpem queſtum faciunt. Sed de his alias &c̄.

Prelatio q̄re ſit conceſſa.

¶Sequuntur propoſitiones.

Religioſorū merita an in aliorū poſſint tranſferri,

NON fecit deus cuiuſcꝫ ſortem peiorem ex pręſidentis corrupta intentione. II

Multū periclitaret̃ ſors bonorꝫ religioſorꝫ ſi p̃ſidētis arbitrio cuiuſcꝫ merita transferent̃ in alterum. III

Pręſidens monaſterio necꝫ dn̄s eſt necꝫ arbiter, necꝫ depoſitari⁹, necꝫ diſpēſator meritorꝫ tā cōmuniū q̃ priuatorꝫ. IIII

Omnia em̄ merita qualiacūcꝫ perſonalia ſunt nō realia, gratia non iure ꝓuenientia, & quātūcūcꝫ poteſt, ſiue p̄dicādo, ſiue intercedēdo, ſiue docēdo, monēdo, hortādo, ſuadendo, conſulendo, adiuuando, fauendo, ſollicitādo, aut aliasqualitercūcꝫ faciendo, facere tenetur & debet. V

Vnde licet altiorem gradū ſibi & ceteris fructuoſum, & per hoc illis ſupererogantem, pro ſuo tamen gradu nihil ſupererogauit, qm̄ reddet deus unicuicꝫ ſecundū opera ſua. Vbi abundat meritū, ſuperabūndat & præmium. VI

Bona, ſortes, hereditates, iura ciuium Hierl̃m non ſunt qualia Egyptiorum & Chaldeorum, ut quāto plus iſte, tanto minus illa poſſideat. VII

Celeſtis illius Hierl̃m quæ ędificatur ut ciuitas, eius participatio eſt in idip̄m, quia ſine poſſeſſoris detrimēto. VIII

Beatifica illic ſummi boni poſſeſsio qua quiſcꝫ iſolidū poſſidet, & nemo alteri in p̄iudicio eſt, quinimo, quāto ſūt plures ꝑticipes poſſeſſores, tāto cuicꝫ fit latior poſſeſsio. IX

Vnde nulla ex participatione anguſtia, penuria, iniuria, inuidia, aut quęrela poteſt oriri. X

In illa ꝑticipatione nullus ſuę ſortis dominus.

Et ſi in illa participatione cuicꝫ ſuum ius ſit in ſorte ſua, nullus tn̄ ſuæ ſortis dn̄s, ut poſsit quo cū uelit ꝑticipare. XI

Erit illic locorꝫ diſtributio uelut officiorꝫ in palatio, aut actioni mēbrorꝫ in corpore, ubi efficatiam & ordinem nutus principis, aut uitā & actum ſp̄us influit. XII

Quod ſi non cōpræhēſores dn̄i ſint ſuæ ſortis dn̄i, mul

cominus hi qui adhuc in uia, neſcientes ſi uel odio, uel amore digni ſunt. XIII

Offerebat Moſes deleri de libro uitæ nomen ſuum pro populo Iſrael. XIIII

Optabat Paulus anathema fieri a Ieſu ꝓ fratrib⁹. XV

Quotidie moriebatur pro gloria fratrũ Paulus, libenter impendebatur & ſuperimpendebatur pro fratrum ſalute & ſuppleuit quæ deerant paſsionum Chriſti. XVI

Omnia hæc Pauli & Moſi, licet oĩa multitudini in ſalutem auxilia fuerint, & multipliciter fuerint, merita tamen ſunt Paulo tantũ & Moſi, neq; eñ Paulus donare potuit aut Moſes. Orare & impetrare potuerũt, donare aũt ſolius, cuius & eſtimare & remunerare, donare & inſpirare & acceptare & plantare & rigare ĩcremẽtũ dare & cõſeruare. xvij

Quid Moſes & paulus potuerunt ꝓ fratribus.

Non illiberalitate aut inhumanitate, ſed ſapienter ſollicite prudentes uirgines ſuum oleum quod ſecũ acceperũt in uaſis ſuis negarũt fatuis uirginibus ſe daturas. XVIII

Non inueniuntur niſi fatuæ uirgines alienũ oleum mẽdicaſſe, mendicanti eſtate non dabitur.

Omnes unius diuitis mendici ſumus, unius merito reſtituti, unius obedientia reconciliati, qui ſuum locũ non merito, ſed natiuo iure poſsidet, Mercedem aũt laboris & ſeruitutis ſuę tranſtulit in nos, ut ſimus empticij & aſſcriptij ciues ſub uno natiuo rege, qui ſolus regni & regalium dignitatũ dñs diſtributor eſt. Neq; eñ qui plantat aut qui rigat aliq̃d eſt, ſed qui incrementum dat deus.

De gatia domini Ieſu cui⁹ ſumus ciues empticij & aſſcripticij

¶ De miſſarum fundationibus quid ſentiendum, & quantũ proſint fundatoribus.

Conferentium tpalia in ſuſtentationẽ ſacerdotũ ad celebrandũ, intẽtio eſt ut miſſæ dicendæ ſint, in ſatisfactionem de penis debitis, ſiue de reatu ſuo minorando, ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

uidelicet miſſa pl⁹ proficiat cōferēti ,q̄ alijs nō cōferentib⁹.

¶ Quæritur, utrum ſit recta illius conferentis intentio. Hic uidetur nō tam perfunctorie aut ſicco pede tranſeundum. Non enim effectus & fructus ſacramentorū ſola intentione miniſtrantis aut ſuſcipientis proueniūt. Patet hoc in quotidiana fidelium experientia. Non em̄ ſemper qui propterea celebrat, ut a tentatione conualeſcat is pro quo celebrat, non propterea mox ille fortior factus ad reſiſtendum, etiam ſi idem ipſe intendat pro quo offertur euchariſtia. Effectus enim ſacramentorꝝ, ſunt ſecūdū diſpoſitionē ſuſcipiētis, & ſecūdū reqſitā illi intētiōi diſpoſitionē. Diſpoſitio ꝓo reqſita huic ſacramento ut efficax fiat eſt fames & ſitis huius uiuifici cibi & pot⁹. Vn̄ quātomin⁹ eum eſurit & ſitit, pro tāto minorē etiā effectū cōſequitur. Et hoc eſt qđ Apl'us inquit. Qui parū parum, & qui multum multum, difficile autem eſt ut qui bn̄ficia inſtituunt nihil afficiant.

Effect⁹ ſacramētorū ſunt ſecundū diſpoſitiōem ſuſcipientis.

¶ Et e regione communiter qui inſtituunt diuites ſunt & ſeculares, ſemper enim qui eſurientes replet bonis, ipſe faſtidientes & reſpuentes dimittit inanes. Diuites enim huius ſeculi qui ſuas conſolationes in hoc ſeculo habent, parum eſuriunt & ſitiunt, vn̄ parum replentur bonis. Et licet nō ſit eſurientis neqꝫ ſitientis, quemadmodum neqꝫ uolentis neqꝫ currentis, quia non ex merito redditur, ſemper tn̄ eſurientes & ſitientes bonis replentur, & ſemper uolens & currens aſſequuntur, ſecundum ſuæ ſitis menſuram, licet hoc nō intendat miniſter ſacramenti ſeu miſſæ. Plus em̄ ex fame audientis refectionem accipit in hac menſa, q̄ ex intentione celebrantis. Nec eſt in poteſtate aut arbitrio ſacerdotis quantum debeat accipere is, pro quo celebratur, imo nec in arbitrio utriuſqꝫ, vn̄ neqꝫ nouerunt quē effectū conſequentur ſiue remiſſionis, ſiue oblationis, qꝫqꝫ dn̄s Ieſus duos effect⁹

Fūdatores q parꝝ eſuriūt & ſitiunt parum cōſequūt.

expreſſerit, redemptionem, remiſsionem. Redemptionem pro multis, & remiſsionẽ pctõꝝ. &c̃. Speratur aũt ꝙ multũ eſurienti multũ aboleat, eſurienti dico iuſticiam & magis il lis q̃ abolitionem eſurienti. ¶Semp em̃ ſacramenta fidei ſunt inſtrumẽta, tãto ſemp efficatia quãto eſt fides negocioſa. Queadmodũ ubi ars torpet & dormit, inſtrumenta effeta ſunt, ſic ſopitæ fidei ocioſa ſunt ſacramẽta. Non igitur data pecunia, nõ ſacerdos, nõ miſſa, nõ ſacrificiũ, ſed participatio & cõicatio eſt quæ abolitionẽ facit, ſicut redemptionem & remiſsionem impetrat & obtinet. Qñ dñs Ieſus euchariſtiã tradidit in redemptionem ſicut in remiſsionem, uere abolitionẽ in pietate cõſtituit, abſq; omni penali ſupplicio, quia mãducatio fructũ paſſionis affert digne mãducãti. Iuxta illud, Quocieſcũq;. &c̃. quia cõicatio eſt corporis & ſanguinis eius in remiſſionẽ & redemptionẽ. ¶Poſſent ergo fideles boni ſicut ſacerdotes eadẽ ꝓ defunctis intẽtione cõmunicare. Conſecratio eſt ordinis, cõmunicatio pietatis. Igitur penes id quod fit in miſſa nõ minus deuota mulier q̃ deuotus ſacerdos qñ de pari pieta te cõicãt corpori & ſanguini. Quia quicq̃ illic nõ cũ pietate quãtũlibet ex officio ſemp ad iudiciũ, ſiue cõſecret ſacramẽtaliter, ſiue mãducat ſpũalit.

Sopitæ fidei ocioſa ſunt ſacramenta.

Fideles, ſicut ſacerdotes poſſent ꝓ defunctis cõicare.

¶Poteſt quidem eſſe intentio abſq; omni diiudicante affectione in altero duoꝝ, & ita quod ad uitam inſtitutum atq; collatum eſt, ad iudicium & ad reatum accipiatur. Imo fieri poteſt, ut & miniſter & fundator fructu uacuus, & qui diuinis intereſt, utriuſq; intentione excluſus, quia pro ſolo fundatore oblatum ſacrificium non ſoli fundatori fructificet. Imo neq; fundatori, neq; celebranti fructificet, ſed utroq; excluſo tantum illi qui famelica fauce & ſitienti palato refectionem expectat. Quid igitur profuit fundatori collata in opus miniſterij elemoſina?

Multũ per modũ ſi conferẽdo multũ flagrauit alioquin pa
rum, fidenter em̃ dico parum illi confert multa pietas offi
ciantis beneficiati quam fundator multo faſtidio repellit.
Adeo non in alieno eſt opere noſtra ſalus conſtituta, ſed in
nobis tm̃ eſt regnum noſtrum, quo quantũ accedimus, tãtũ
regnamus, noſtræ mentis, noſtris deſyderij paſsibus accedi
mus non aliena promotione. Mentis regnũ eſt, mentis mu/
tationem exigit. Non hic dico quin ex alioꝝ oratione alius
fructum ſalutis accipit, ſed nunꝗ niſi mentaliter inde mu/
tatus, quantũ fides uel alterius uel utriuſꝗ diuinis accedit,
(quæ niſi mentali actu accedere non poteſt) tantũ fructũ
ad quãcũꝗ intentionem, ſiue redemptionis, ſiue remiſſiõis,
ſiue ſatisfactionis accipit.

Error eoꝝ qui pro ſe ſolũ uolũt celebrari, q nõ ſolum ꝓximo ſed etiam ipſi deo iniurij ſunt.

¶Hic iam aliqualiter uidere eſt quantũ conferat fundato
ri alioꝝ excluſio, ut pro ſe ſolo offeratur, quaſi detrimentũ
ſentiret conceſſi luminis, ubi alius de eodem ſole ſuũ vſum
faceret. Quiſꝗ ſuum ſolem facit ſua conuerſione ad ipſum.
A quo ſi ꝓpterea alterũ excludere uolo quo non ego mi/
nus inueniam, non ſolum proximo fratri, ſed & ſoli ipſi iniu
rius ſum. Adeo cuiꝗ ſua in deum conuerſio uinculũ colli
gans eſt, ut unio ſit in deum, ut quantũ deſyderet tãtũ parti
cipet, etiam a quocũꝗ celebrante offerat̃. Imo q credit man
ducat, etiam ſi nuſquam extra offeratur. Teſtis eſt Paulus
primus heremita tantos annos in ſolitudine demoratus, qui
niſi manducaſſet carnem filij hominis & eius ſanguinem bi
biſſet, non habuiſſet uitam in ſe. Habuit aũt uitam in illa ſo
litudine, igit̃ in illa ſolitudine manducauit, ſed id quõ, ubi
nullus aderat ſacerdos, niſi ſua ſiti, ſua famæ manducauit &
bibit. Tantũ igitur ſatiſfacit hoſtia illa quantũ ille ꝓ quo ſa/
tiſfaciendũ eſt, eſt capax eius muneris. Capax aũt eſt quan/
tum deſyderat, etiam ſi nullus ꝓ eo celebret. Et e diuerſo ſi

tus pro eo faſtidiente mundus offerret parum a ut nihil ſatis facit. Faſtidium em̃ obicem ponit, ut non fluat oleum ubi deſunt uaſa uacua. Vnde quod dicunt celebratã ꝓ multis miſſam, non ualere unicuiq; quantũ ualeret ſi pro eo ſolo celebraretur, falſum puto, iudicio tm̃ interim meo ſolius. Valet em̃ unicuiq; quãtũ ſpiritaliter immutatur & proficit, non quantũ deſyderat qui celebrat. Eſt enim ſacramentum, & eſt miniſterium ſacramenti. Sacramẽtum par & æquum omnibus. Miniſterium ſimiliter in quibuſdam par omnibus. In præcibus item quibuſdam ſimiliter. In quibuſdam autem uoluntarium ad hos uel illos. Et in illis non ſolum eſt meritum celebrantis, ut euidenter uidemus in orationibus pro exemplari uita ſummorum Pontificum, vbi tamẽ ſepe ſanctiſſimorum hominum interceſſio nihil proficit, obſiſtentibus quandoq; contrarijs diſpoſitionibus eorum, pro quibus uniuerſus fidelium cœtus, in quo non dubiũ ſanctiſſimi multi uiri ſunt. Hæ præces licet in miniſterio eucharistiæ funduntur, non tamen ſecundum omnem uirtutẽ euchariſtiæ efficaces ſunt, ſed ut efficatiores eſſent, multum pietas conferret offerentis & pro quo offertur.

Miſſã plꝰ ualere uni ꝗ̃ ſi ꝓ multis clebret falſũ dicit.

¶ De miſſarum abuſu & falſa intelligentia.

¶ Stultum enim eſt dicere corporalem euchariſtiæ manducationem habere uim ſatisfactionis pro quo manducatur ad aliquotam diminutionẽ penæ eius. Stultum eſt dicere numerum conſecrationum hoc facere, quia ſic in una miſſa triginta, uel trecentas hoſtias conſecrare deberet. Igitur ſi ex omni miſſa fructus, uidendum vnde. &c.

De miſſarũ abuſu & falſa intelligentia.

¶ De virginitate propter uerbum Magiſtri ſententiarum de neceſſaria connexione.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

DE uirginitate propter uerbū Magiſtri ſententiarꝫ de neceſſaria connexione, eo concedit Antoninus q̃rta pte.titulo.iiij.In primo Concedit ꝙ formale uirginitatis in corrupta,ſicut magnificentia in paupere poteſt eſſe. Et Auguſti.in li.debono cōiugali. Non impar meritū cōtinentiæ in Ioanne nullas experto nuptias, & in Abrahā filios generante. Secundū Thomā, Meritū nō ſolū penſat̃ ex genere act⁹,ſed magis ex animo operātis.Habuit Abraham animū ſic diſpoſitū,ut paratus fuiſſet ꝟginitatē ſeruare ſi opus fuiſſet.Et ex hoc,meritū cōiugale in ipſo equat̃ merito continentiæ uirginalis in Ioanne. Sed hoc ſanctus Thomas intelligit quo ad meritum eſſentiale non accidentale,quo ſcilicet omnes uirtutes connexæ ſunt.

De merito ꝟgitatis ſecūdū Thomā & Antoninum

¶Finis quo uirginitas reddit̃ laudabilis eſt expedite uacare deo.Martyres,doctores, religioſi plurib⁹ & maioribus renūciant ut uacēt deo ꝙ̃ uirgines.Tho.Et.c.viij.li.dicit. Quod in futuro ſeculo,quia neqꝫ nubent neqꝫ nubent̃,ſed erūt ſicut angeli dei,Ideo oēs erūt uirgines. Itē ibidē ꝙ paruulis nō detur aureola,qm̃ hæc actui reddat̃ nō habitui caritatis infuſæ. Bñ cōcedit habitū ꝟginitatis & eſſe tm̃ ex infuſione. Sctūs Tho.in ſe.ſecū.tenet uotū ꝟginitatis neceſſario & eſſentialr̃ annexū. Tenet in eodē ca. Quod firmū ꝓpoſitū ꝑpetuo cōtinēdi etiā ſine uoto,fit uera uirginitas & uirtus. Itē ibidē. Quod ſi ꝟginitas includeret uotū nō eſſet eſſentialr̃ tēperātia,ſed ꝟitas & iuſticia,& ita ens ꝑ accidēs, ſicut ieiuniū cū uoto. Ad ꝟginitatē ſufficit ītegritas ꝓpoſiti nō facti. Ad ꝟtutē reqrit̃ firmitas elicita,nō firmitas imperata.In religiōe reqrit̃ utraqꝫ elicita & īꝑata.Igit̃ ī ea uotū.

De aureolis, ſentētia ſ. Thomæ.

¶Quod ſi carnis integritas accidentalem uirginitatis aureolā affert.Omnis ergo mentis nō ſtuprata integritas illic accidētalē,illic aureolā recipiet,ut alius quia nūqꝫ idolatra

uit,aliꝰ quia nõ pactũ uiolauit,aliꝰ quia nũq̃ piurauit. aliꝰ
quia nũq̃ furatus,quia nũq̃ ſine recta ratiõe iratꝰ.& ſic de
alijs inumeris,q̃re nõ tres tm̃ aureolæ ſed innũeræ. Qꝛ ſi ſtu
prata mẽtis itegritas nõ prorſus ĩ primã itegritatẽ.p agnũ tol
lẽtẽ pctã mũdi reſtituat poſt pctm̃,ſaltẽ,p tãto cõfiteri opor
tet agnũ nõ prorſus tuliſſe pctã.Si ṽo pfecte tollit, pfecte
reſtituit.ſi ṽo pfecte reſtituit, pfecte ſic erit,q̃ſi nũq̃ leſa fue
rit itegritas.Cõfiteor glĩe decus ṽgis mrĩs ĩ ſua ṽginitate.
Cõfiteor iſup ĩ oĩbꝰ ṽgibꝰ,ut Tecla, Agna.& ſplẽdidã gẽ
mã ĩ corona decoris. Verꝫ qbꝰ nõ ita datũ illibatã cõſeruare,
datũ p eũdẽ agnũ integra mẽte poſtea ſeq agnũ q̃cũq; ierit. Iã
igit qñ ṽgines,qñ integre,qñ ſequũt agnũ q̃cũq; ierit.Petrꝰ
nõ itegro mẽte ſeq̃bat qñ dixit,nõ noui hoiem.Nũc aũt ĩ p
fectã caritatẽ reſtitutꝰ,q̃ minoratꝰ ẽ q̃ſo iã ut nõ ſeq̃t agnũ ĩ
oĩbꝰ uijs ſuis.Qꝛ ſi pfecte reſtitutꝰ ẽ,qd minꝰ habet q̃ſi fir
mus pſtitiſſet.Sed nũqd deo faciliꝰ fidei q̃ carnis temeratã in
tegritatẽ reparare. Verꝫ iſta quia ſic iteri uidet nõ itrepidus
diffinire ppt̃ cõem ſcolã cõtradicẽtẽ.Sed urget me pfecta in
ſtauratio omnium lapſorꝫ facta & facienda per agnũ tollen
tem peccata mundi.

De repara tiõe ṽginitatis.

Virginitatis integra p Chriſtũ reparatio.

Cõtra ſcolam cõem.

¶ De integra reparatiõe uulnerũ ex puaricatione inflicto
rũ,omnimodã uirtutẽ & cõpletũ opus dñi Ieſu prorſus du
bitare non eſt, qm̃ qua integritate in paradiſo tranſiſſent
caſti deo,etiã nũc purgati tranſeant, qm̃ in his qui mundo
corde ſunt,ita beneficio medẽtis uulnera curata ſunt, ut ne
minima cicatrix remaneat. Neq; id magis in pctõ carnis q̃
in grauiſſimis pctis Dauid pphetæ,adulterio, pditiõe,homi
cidio. Non eñ credibile magis deũ odire legittimũ actum
coniugalem q̃ proditionem & adulteriũ. Præterea ſi omnis
lex & omnes Prophetæ pendẽt ex mãdatis caritatis, liquet
eum qui magis diligit,magis eſſe integrũ, ſanum,mũdum

Chriſtus p fecte tulit pctã mũdi, & pfecte reſtituit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Charitas, non uirginitas centuplũ fructũ affert.

& absq; cicatrice bene qui magis diligit mundiciam, caſtitatem & uirginitatem, magis uirginũ mercedem accipiet. Caritas em̃ non eſt uirginitas quæ terrã optimam facit ut centuplum fructum afferat, quia terra bona trigecuplũ, & melior ſexagecuplum. Videmus Petrum in coniugio uocatũ ad Apoſtolatũ, & Thimotheum in uirginitate ad diſcipulatum, longe Petro inferiorem in fructu uerbi dei. Sed prærogatiua uirginis matris quæ etiam inſigni primatu & ſingulari prærogatiua inſignes etiã quotquot poſt eam ſacerdotio fuugentes adducuntur in templũ regis, Alij perfecti, alij integri. Integri ſecundũ caritatẽ. Prelati etiã ſi maiorem uirginitatem carnis amauerint, cũ uirgines non ſint, p̃late uirginibus & maiorem uirginũ mercedem accipientes, non tñ uirginũ inſigne ferentes, licet maiorem magis amatæ uirginitatis mercedem accipiant. Aliud enim iuſticia & cordis mũdicia, Aliud illibatum uirginitatis ſacrificium. In illis caritas, in iſtis uirginitas coronatur.

Merces iuſti aut prophete quõ accipitur.

¶ Qui dederit iuſto in nomine iuſti mercedem iuſti accipiet. Et qui dederit Prophetæ in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet. Hoc ſi ad conſequentiam trahatur oportebit dicere, Qui dederit Euangeliſtæ in nomine Euãgeliſtæ, mercedem Euãgeliſtæ accipiet. Et qui dederit doctori in nomine doctoris, mercedẽ doctoris accipiet. Quare hoc? niſi quia qui amat dona dei in altero, & uereatur ea & colit, ſic ei cultus ille & amor & ueneratio ad meritũ reputabitur tãq; ip̃e illo dei dono donatus eſſet, quia caritas una omnis uirtus eſt. Vnde qui maiore ueneratione & cultu alterius iuſticiã amat q̃ ipſe qui eam a dño accepit, magis etiam iuſti mercedem accipiet q̃ iuſtus ille quẽ amat. Qm̃ actus obiectalis eo ſepe gradu in metro elicitur quo multis actibus formalibus apud deum acceptior ſit. Poteſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

adeo quis alterius amare iuſticiam, ut etiam ſi ad operandã iuſticiã locus uacaret, maiore affectu iſte qui in altero uenerabatur iuſticiã etiã ſeruaret in opere ꝙ iuſtus ille. Et hæc concluſio ſi uera & uniuerſaliter uera, inferet etiam eos qui martyres non ſunt, dant aũt pleno corde martyribus in nomine martyrũ, mercedem martyrũ accepturos. Et eas q uirgines nõ ſunt, qualis Elyzabeth Vngariæ regina, quę & ante & poſt nuptias uirginitatem uirginibus multis pl⁹ amauit, & niſi grandis neceſſitas cõpuliſſet, illibatiorem multis conſeruaſſet. Credo itaq; magnam cũ uirginibus uirginum mercedem accepiſſe, quæ tanta uirginibus in nomine uirginum dederat. Magis aũt hæc ratio profundabitur ſi fundet in merito & efficatia ſacerdotij Ieſu propiciantis & emundãtis, non ſolum in munda, ſed reſtaurãtis omnia in antiquã originaleq; dignitatẽ inſtaurantis. Illo ſacrificio pater placatus ſi in integrũ reſtituat, & quãto reſtituat, quãtoq; relinquat non integre reſtitutũ temerariũ diffinire. Et ſi illo nõ imputante in omnibus reliquis erit quaſi non fuerit, quare non & in iſto? Beatũ eñ dicit Dauid, imo ſpũſſctũs per os Dauid, cuius tectæ iniqtates & cui non imputauit peccatum. Non eñ plene obductum uulnus cuius reſtat cicatrix qualiſcũq; noxæ monimentũ. Vnde ſi dicatur parem caſtitatis amorem pari mercede coronandũ, tum id quo non inquinata corpore & ſingulari aureola donandũ. Dicam ſimiliter Petri penitentiã nõ integra cum innocentib⁹ emundatione reſtituendam cum illi non peccarũt. Hũc autem negaſſe in ꝑteritũ tranſiuit ut nequeat non fuiſſe. Verũ ſic exilis erit lanx uirginitatis, quæ non ex cardine pendet caritatis, ſed ex ꝑterito tpe dũtaxat immutabili. Et iepte filia q̃ uirginitatem ſuam planxit, uirginũ acciperet coronã, & multis uirginibus hoſtili irruptione uim paſſis inſolens ꝑſecu

Quõ uirgi num mercedem accipiunt etiã nõ uirgĩes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

toris libido ſuam pietati coronam abſtuliſſet. Sed hæc ut cūq; ſint, firma tamen fixa utrobiq; ſententia, ut & Elizabeth Vngariæ, quæ tantis uotis & deſyderijs beatificās uirgines uirginum mercedem accipiat, & nihilo minus ſua uirginibus corona propria ſit. Velimus eī nolimus Mariæ & Ioſeph ad inſigne illud prærogatæ celſitudinis decus non ſuffeciſſet quātalibet cordis munditia, quātumlibet etiam coniugium Abrahæ Iohannis celibatui comparetur. Oportet enim ut quæ tantam habent rectitudinem in opere proprium etiam habeant titulum in gloria. Sed apparentē hāc urgentium utramq; rationem diſcrepantiam facile concordat perſpecta ueritas intus. Merces enim uirginum & uirginitatem amantium, adiecta quædam aureola eſt. Hæc aūt aureola gaudium eſt quoddam & alacritas mētis in deum late gaudentis, confitentis, gratias agentis de tanto munere dei. Vnde uirgo gaudet, confitetur, & gratias agit quia diuinitus præſeruata. Elizabeth Vngariæ regina & Magdalena gaudet, confitetur & gratias agit, quia tantæ uirginitatis & puritatis amore inflammata ſit, & cuiusq; rectitudinē pro metro recti coronat deus titulo honoris. Quiſq; enim quo magis accepit, magis confitetur & gratias agit. Nec poteſt Elizabeth confiteri præſeruatam, nec filia iepte ſpiraſſe celibatum. Hoc tamen cōe oīb⁹ erit, omnes animæ officinas locupletandas, ut benedicant omnia interiora noſtra dño, & confiteantur omnia oſſa noſtra nomini ſancto eius, quoniā caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum datum nobis. Interpellat pro nobis etiam neſcientibus nobis officioſus, ut reputetur nobis tā q̄ in alio amauerimus, quod ipſi non accepimus, quoniam imbecillitas noſtra in his tempor ꝝ anguſtijs ad omnia obeunda facto non poteſt ſatis eſſe.

Aureola ꝓpria ꝟginū & ꝟginitatē amantiū

¶Quemadmodum qui purum, uerum, merum, ſyn‑
cerum aurum habet, tametſi recolat & ſciat ex plũbo aut
luto, aut etiam ex ſtercore factum, nullas illi auro prioris ui‑
litatis aut abiectionis iniurias facit, ſed una cum natiuo au
ro recondit. Et ſi forte ſicut ferro & ære uidemus, ita
in auro alterum altero melius, hoc tranſformatum nati‑
uo temperantius, & per hoc indiſſolubiliore, complexiore
fuerit non modo cum auro natiuo, ſed præ illo amabit. Ita
& in filijs gratiæ ſuæ deus pater quibus a terra & ex ſterco
re ſuſcitatis & eleuatis, humilioribus ampliorem gratiã de
derit, hos in regno ſublimabit clariores. Quid igitur Petro,
Paulo, Magdalenæ detrimenti afferet, ſi aliquando fuerint
peccatores, quando plene mundatis, nullus priorum ſor‑
dium neuus remanet. Stultitiæ humanę trepidatio hæc eſt,
non clariſſime omnia diiudicantis. Rerum gradibus gra‑
datus eſt honor. Quod enim fuit ſi non eſt, perinde nihil, &
per hoc nulla iudicij ſtatera pendendum. Nec habet reatũ
quod non eſt in poteſtate. De futuro ſaltem aliquid poſſu‑
mus, penitus nihil de præterito. Et quod penitus in uolun
tatis poteſtate non eſt, quis iuſte poteſt imputare, niſi reli‑
cta ex præcedente peccato mentem præſentia ueſtigia feda
rent, nullam conuerſo penam pro illo reſtare.

gr̃ia filiorꝫ grẽ ex mag nis pc̃tis exceptorum.

D. VVESSELVS De purgatorio, quis &
qualis ſit ignis purgatorius. De ſtatu
& profectu animarum poſt
hanc uitam. &c̃.
Et primo de duobus mandatis caritatis.
De poteſtate Papæ & eccleſiæ,
Propoſitiones, XX.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

OMNIS auerſio a malo, omnis conuerſio ad bonum, omnis iuſtificatio, omnis unio ſpũa⸗lis cũ deo, ex duobus illis primis mandatis. II

Omne pendens tendit ut peruentu in perfectum abſoluatur. III

Omnis igitur lex & Prophetica ꝓmiſſio & præcepta, ſola caritatis perfectione, pendent implenda. IIII

Quãdiu illa duo mandata nõ ꝑfecte fuerint impleta, nõ ꝑfecte implebit deus ꝓmiſſionẽ ſuã de ingreſſu regni. V

Poteſtas pape mere iuriſdictionalis.

Omnis poteſtas Papæ prærogatiua extra & ſupra ceteros in eccleſia paſtores, eſt mere iuriſdictionalis. VI

Omnis iuriſdictionalis Eccleſiaſtica poteſtas, debet eſſe ſecundũ arbitrium uiri ſapientis, pro ut utiqꝫ uere ſapiens determinabit. VII

Hoc debitum creditæ poteſtatis, nõ facit ſummos Pontifices inerrabiles, ita ut nõ poſſint errare, aut ita ut neceſſitet eos in bonum. VIII

Poteſtas eccleſiaſtica & papę

Nulla Eccleſiaſtica, ſiue ordinis, ſiue iuriſdictionis poteſtas, poteſt quęqꝫ ſuo arbitrio facere, ut illa duo mandata perfecte impleat. IX

Poteſt iuriſdictionalis poteſtas Papæ miniſteriũ facere in monendo, docendo, mouendo, edificãdo uerbo & exemplo, regimine, miniſterio ſacramentorum. X

Sed ut edificentur, nullius poteſtatis aut imperij iura exercet in cordibus ædificatorꝝ, ut ideo intus ædificentᷣ, quia deus uult. XI

Deus qui Papam conſtituit ſuper familiam ſuam, non requirit ab eo ut ſubditorꝝ corda conuertat & inflammat, ſed ut ad hæc fideliter conetur. XII

Volentem aliquando Paulum euãgeliſare, ſpiritus Ieſu non permiſit. XIII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Iuriſdictionalis poteſtas, eſt earum rerum in quib⁹ homo ab homine regendus. XIIII

Quæ immediate inter deum & hominem geruntur, hæc ſibi deus diiudicanda reſeruauit. XV

An occultorum confeſſio neceſſaria.

Qui (quæ intra hominem ſic aguntur, ut nullis indicijs foris pateant) ſcire non poteſt, iudicare non debet. XVI

De occultis hõ iudicare nõ debet.

Quanto purgandus oculus, aut q̃ purus eſſe debeat quo dignus inueniatur uidere deum, nullus mortalium diffinire poteſt. XVII

Quæ Papa de ſe ipſo diffinire, noſſe non poteſt, hæc nõ poteſt in alijs iudicare. XVIII

Qui neq; poteſt neq; debet, ſi uult iudicare peccat & errat, & iudicium nullũ eſt, uelut a non ſuo iudice latũ. xix

de occultorũ iudicio q̃d' papa & p̄lati ſibi arrogant.

Omnis actus ex taliter nullo iudicio ſequẽs etiam nullus. XX

Plenaria remiſsio, p̄requirit iudiciũ de perfecto purgato oculo. Vnde non efficatior illa remiſsio, q̃ ſit uerax præcedens diiudicatio.

¶ Propoſitiones XIII. de poteſtate Papæ & materia indulgentiarũ, De remiſsione culpæ & penarũ, Miſſæ dño Iacobo hoeck Decano Naldicenſi.

NON amplius Papam poſſe ſuper penis relaxandis, q̃ ſuper peccatis remittendis. II

An Papa poſſit abſoluere a pena & culpa.

Non magis hominem impunem eſſe a ſupplicio, q̃ ſit immunis a peccato. III

Omne peccatũ quãtũcunq; ueniale ſuo naturaliter ſupplicio, æternis legibus colligatũ, p̄pter innexam imp̄fectionẽ, diſtantiam, diſsimilitudinẽ, turpitudinẽ, reprobationẽ, ignominiam, & repulſam a fruitione. IIII

Multos uere cõfeſſos, cõtritionẽ, & indulgentialem cõditionẽ executos, uere paruulos i Chriſto, uere adhuc ualde

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

informes Chriſto, multo partu opus habentes anteꝗ̃ Chriſtus formetur in eis. V

Papam nulla poteſtate arbitraria poſſe ꝑfecte formare Chriſtum in paruulis & imperfectis. VI

Papam non poſſe euacuare quod ex parte eſt, nõ poſſe facere ut ueniat quod perfectum eſt, non poſſe facere de uiatore compræhẽſorem. Nec poſſe uiatorem perfectum etiã in termino uitæ conſtituere. VII

Papam non amplius poſſe ſuper meritum paſſionis Chriſti, ꝗ̃ ſuper baptiſmum in ſpiritu ſancto. VIII

Nullam ſponſam diuinũ illũ thalamũ intraturam, niſi ꝑfecte menſtruis omnibus purgatã, totã pulchram, immaculatam, & iudicio Salomonis ꝑfecte decoram. IX

Maculas menſtruoꝝ nihil eſſe, niſi male ꝑfectos amores.

Niſi perfecte amantem, minime poſſe gaudere de deo. (X XI

Oẽm impꝼectũ amorẽ, excluſũ a ꝑfecta fruitione. XII

Omnem excluſionem amanti penalem eſſe. XIII

Papam penales excluſiones, & chaos magnum firmatũ inter imperfecte amantes & perfecte amandum tollere nõ poſſe.

¶ Propoſitiones. xxxij. eiuſdem, De theſauro eccleſię & participatione, per quem, quib⁹, & quõ theſaurus iſte diſpẽſetur, & de qualitate purgatorij. I

PArticipatio celeſtis Hierl'm eſt in idipm. II

Participatio inidipm eſt penes perfectã caritatẽ. III

Qui de ꝑfectu & perfectione oĩm timẽtiũ deũ, recte & perfecte gaudet, eſtuat & glorificat patrẽ q̃ i celis eſt, hic perfecte particeps eſt oim timentiũ deũ. IIII

mẽſura ptĩcipationis In participatione celeſtis Hierl'm, ſemper menſura deſyderij, eſt menſura participij. V

Papa quãto poteſt fideli miniſterio hoc deſyderiũ ſuſcitare, tãto poteſt facere participes oim timentium deũ. VI

Papa quãto põt facere pticipes

Qui nõ poteſt imperãtis iura exercere in deſyderio, nõ etiã poteſt arbiter eſſe in participio. VII

Participatio in idipſum quædam beatitudinis eſt, quædam ſanctificationis. VIII

Participatio ſanctificationis quædam actualis, quædam habitualis. IX

In illa Hierl'm q̃ ſurſum eſt quę eſt mater noſtra ſemper actualis, nihil niſi deũ amãtiũ, aut propter deũ. X

Actualis participatio, quædam perfecta quædam imperfecta. XI

Perfecta participatio nulli contingit, niſi duobus illis primis mandatis impletis. XII

Actualiter nemo participat oim timẽtiũ deũ, niſi q actualiter cognoſcit, eſtimat, deſyderat, omnia bona timẽtiũ deũ, & actualiter inde glorificat deũ patrẽ in celis. XIII

Diligentibus deũ, oia cooperantur in bonum. XIIII

Pro mẽſura dilectiõis eſt mẽſura cooperatiõis in bonũ, & participatiõis in idipm, & participatiõis timẽtiũ deũ, ſi parũ parũ, ſi multũ, multũ, ſi habitualiter, habitualiter XV

Secũdũ mẽſurã dilectionis eſt mẽſura pticipationis

Si ex menſura dilectionis, pendet menſura participationis, ſolus ille poteſt efficaciter decernere participationem, qui ſolus poteſt infundere dilectionem. XVI

Poſt deum & ſaluatorem, potius in uoluntate fideliũ, q̃ in poteſtate Papæ conſtitutum, quis quanto particeps fiat omnium timentium deum. XVII

nota hic de poteſtate papæ.

Omnibus credentibus in noĩe unigeniti filij dei, data poteſtas filios dei fieri, ergo heredes ergo participes. XVIII

Heredes deo Papa nõ poteſt facere coheredes Chriſto, cũ ad habitũ non ſit motus, Iam eñ ſunt XIX

Theſaurorꝫ eccleſię non facit participes quo ſiuē uolēte ſiue non uolente, fidelis nihilominus pro primi mādati mē-ſura participant. XX

Qui theſaurum eccleſiæ non adhuc ſapienter habitu uel actu eſtimat & concupiſcit, non adhuc participat, quia ſo-lum pro tanto participat quanti eſtimat. XXI

Theſaurus eccleſiæ. Theſaurus eccleſiæ, celeſte regnum, nuptialis fruitio, ſanctum ſacerdotium, realiter idem ſūt, ut unū nō ſine reliquo contingat. XXII

Nulla fidelis anima nuptialem illam uocationē audiet, Veni ſponſa mea, veni coronaberis, niſi p̄cedant illa quæ dignam faciāt hac uocatione, ut ſit iudicio ueri Salomonis ante tota formoſa & perfecta. XXIII

Totam pulchram, totam formoſam ſolus ille iudicat & uocat qui deſponſat. xxiiij

Qui uel ſe uel proximum nuptialibus amoribus digne exercitatū iudicat, ſeip̄m ſeducit, & ueritas ī eo nō eſt. xxv

Necꝫ p̄latorꝫ autoritas. Necꝫ ſacramētorꝫ ueritas in hac uita immunem conſtituunt a peccato. xxvi

Qui non poteſt immunem a peccato reperire, nō poteſt impunem decernere. xxvij

Amanti animę grauiſſima afflictio eſt ſanctorꝫ deſyde-riorꝫ dilatio, quā necꝫ tollere poteſt Papa necꝫ debet. xxviij

Naturale iuſtum ſanctum imperfecte amantibus anima-bus hoc purgatorium, ut nuptialiter ſed imperfecte amātes thalamo ſponſi excludantur. xxix

Purgatorium, ut ſi uere purgatorium ſit, oportet ut ſor-des purget. xxx

Sordes amoris nihil ita purgat, ut eſtuans, dilatus & ſitiēs amor, ſeipſo incēditur, quemadmodū ſapientia cōſideratiōe inclareſcit, erit eñ ignis qui ꝓbet opera uniuſcuiuſcꝫ. xxxi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Poſt hanc uitam quædam peccata dimittuntur, igitur poſt hanc uitam caritas perficitur. xxxij

Alias penas doloroſas ex igne non refello, ſed principaliter purgatorias eſſe nego.

¶ Purgatorius ignis quis ſit.

PVRGATORIVS ignis eſt, qui interioris hominis ſordes etiam carne ſoluti comitantes purgat potius q̃ torquet. Ignis inquam deuorans ſordes, hoc eſt, peccata, quoniã interior homo maculas alias habere non poteſt. Has maculas intellectualis diſciplinæ ignis ſecundũ Apl'm probat, quando diiudicat, & igneo zelo accenſus, lignum, fenũ, ſtipulam exurit, donec ſuper unicũ uerum ſolum & ſolidum fundamentum Ieſum Chriſtum nihil remanet ſuperædificatũ, niſi argentũ, aurũ, lapides præcioſi, ut ſic omnis ædificatio conſtructa creſcat in templum ſanctũ in dño. Neceſſe ergo eodem igne ſancto creſcere in templũ, quo neceſſe eſt a malis moribus & amoribus depurari. Hæc non tam ſententia Auguſti. li. xxi de ciuitate dei ca. xxvi. verba iſta ponentis, q̃ ſententia Pauli Apl'i ad Corin. i. ca. iij. Vnde & hęc mea ſententia firmatur, ut neq; ſi angelus de celo aliud p̃ter id quod accepim⁹ annunciaret, credere oporteret. Puto em̃ ſententias patrum tropicas magis eſſe q̃ proprias, ſi quæ diuerſa ab hac ſententia ſentire uideantur. Manifeſte em̃ Apl's fere omnia uerba tropica ponit, inquiens, Lignum, fenum, ſtipulam, argentũ, aurum, lapides pręcioſos, ignem & fundamentũ, & ſupędificatum. Vniuerſa em̃ hęc tropica ſunt & parabolica. Duo tantũ uerba ponit parabolam exponentia, Chriſtum, ſcilicet, & probabit. Per hęc duo totam parabolam corporaliũ rerum ad ſpiritualem intelligentiam interioris hoïs transferamus. Vnde non illic lignum, fenum, ſtipula, non illic argẽ

Apl'i ꝟba tropica exponuntur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

tum aurũ.&c̃.ſed Chriſtus fundamentũ, imago & ſimilitu-
do Chriſti maculam & rugam non habens aut aliqd huiuſ-
modi,ſuperædificata ſtructura eſt,& niſi zelus ardẽtis amo
ris maculam & rugam tẽporis exurat,nũq̃ creſcit cepta il/
la ſtructura in templũ dignũ habitatore deo. Ex his puto
facile colliges meam ſentẽtiã,facile cõferes cũ opinione po
pulari & rumorib⁹ fluctuãtis & leuiter credẽtis uulgi.&c̃.

¶Eiuſdem Doct. VVESSELI ſiue Baſilij
Phriſij.Propoſiones, XLVI. De purgatorio.&
de ſtatu animarum poſt hanc uitam.

Autoris ꝓteſtatio.

MEAM de animarũ corpore ſolutarũ purgatiõe & pur
gatorio promiſſam ſententiã exigere placuit. Et ecce
ſpontaneus ut cũq̃ abſoluo ꝓteſtans, nihil me in hac
opinione mea uelle aſſerere,niſi quãtũ ſacris literis concor
det. Sicubi autẽ ſacræ ſcripturæ diſcrepet, ego q̃ celeriter
ubi ſenſero reuocabo. Cũ hac mea conſtanti uoluntate nõ
errabo dãnabiliter,magis q̃ ſanctus Hieronymus in mate/
ria Petri & Pauli ad Galathas. Error em̃ qui non eſt ꝑti/
nax,uenialis eſt. Itaq̃ ſic interim ſentio. I

¶Cum dicitur homo factus ad imaginem & ſimilitudi-
nem dei,ego de interiori homine tm̃ intelligo. II

In interiore homine imago & ſimilitudo dei eadem, quę
in interiori angelo. iij

Sicut eſt interior & exterior homo,ſic eſt interior & ex
terior angelus. iiij

Et utriuſq̃ finis idẽ,imago ſcilicet & ſimilitudo dei. v

Dei imago,dei ſilr̃itudo nõ perficit niſi ꝑfecta unione, q̃
ſuo prothotypo deo uiuenti adherẽs,unus ſpũs efficit. vi

Ad hunc finem diuerſa hominibus & angelis uia eſt, di
uerſa dico penes accelerationẽ & moram. vij

Angelis,fulguris inſtar, lux diuina luxit,fulſit, incẽdit,
ut ſubito ad quam ſpũs unionem facti erant pertingerent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Hominibus autem de communi lege non ita. viij

Primi homines Adam & Euah in paradyſo collocati, lõ
ge ab hac unione diſtabant angelorum. ix

Adherẽdo, diligẽdo deũ oportebat eos ad hãc ꝓficiẽdo ac
Primi parentes uti neceſſario ad hunc finẽ (cedere. x
feſtinare, ſic præceptum primum in quo omnis lex pendet
& Prophetæ ſcriptum habebant in cordibus ſuis. xi

Huic mãdato quãto diſpares erãt, tãto ab imagini & ſilitu
Nõ credo Magdalenã amãtẽ dñm Ie/ (dine diſtabãt. xij
ſum ut amabat, ſi accepiſſet mũdatũ a dño Ieſu de nõ guſtã
do lignũ ſciẽtiæ boni & mali ſicut Euah & Adã a dño deo
ꝙ ulla ſerpentis aſtutia ſeduxiſſet eam cõtra mandatũ. xiij

Interiori homini idem diſtantia, finis, diſparitas, paruitas,
paupertas, infirmitas, impuritas. xiiij

Diuinę ſilitudini & uere ſpũali unioni plꝰ ĩ paradyſo di/
ſpares diſtabãt in originali iuſticia, ꝙ̃ ſub cruce Magdalena.

Fortior infuſa iuſticia in Magdalena, ꝙ̃ originalis (xv
iuſticia in Adam & Euah. Patet ex xij. xvi

Infirmior igit̃ originalis primoꝝ parẽtũ iuſticia ĩ paradyſo
Interiori homini accedere, conformari, creſcere, di/ (xvij
tari, confortari, purgari, idem ſunt. Patet per xiij. xviij

Primi parentes in Paradyſo, ſicut acceſſu, cõfortatione,
incremento, locupletatione, conformatione, opus habebãt,
ſic & purgatione. Patet per xvi. xix

De purga
torio pri/
morum pa
rentum,

Si locus purgationis eoꝝ queritur, Paradyſus eis purga
torium fuiſſet. xx

Si de modo & forma purgationis queratur, Obedientia
angelicæ monitionis. xxi

Non magis incõueniens hoĩem imperfecte factũ, ab an
gelo iam beato purgari, ꝙ̃ angelum beatum inferiorẽ actu
Hierarchico per ſuperiorem purgari. xxij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Si beatus angelus purgatur actu Hierarchico & illuminatur, & perficitur, hoc neceſſario in partibus imaginis diſtribuendum. xxiij

Igitur purgatio menti per ſapientialem cognitionem dei. Illuminatio intelligentię p̱ ſublimem glorificationem dei. Perfectio uoluntati per beatam fruitionem dei. xxiiij

Omnem palmitem ferentem fructum, pater purgat, ut fructum plus afferat. xxv

Purgantibus angelis pater cooperatur. Illuminãtib⁹ angelis uerbũ uita & lux glorificans, perficientibus & inflammantibus igneus ille amor & caritas ęterna deo amãte deo amato digniſſima ſpiritusſanctus. xxvi

Opinio gręcorꝫ de aiabus corpore ſolutis. Opinio latinorum. De forma loco, & fine purgatorij.

Gręci putant animas corpore ſolutas, oẽs mox in beatificam illorꝫ ſanctorꝫ angelorꝫ purgationẽ, abſq; ulla media, ſancta moroſa purgatione tranſire. xxvij

Latini tenẽt, animas pręcioſa in cõſpectu dñi morte ſolutas, moroſa ſãcta quadã purgatiõe, q̃ nõdũ beata ſit purgari. In hac purgatione, tũ de forma, tũ de loco, tum de fine apud Latinos diſcrepantia eſt. Quibuſdam ſenſibilem cruciatum ex reatu dimiſſę culpę metientibus ac diffinientibus. Alijs autem ſicut interiori homini congruit, cum Auguſtino in ſermone de uerbis dñi, dũtaxat intellectualem diſciplinę ignem illum fore uolentibus. xxviij

Pro ſecũda p̄te ualde facit uerbum Ap̄li dicentis, Vniuſcuiuſq; opus, quale fuerit, ignis probabit. xxix

Talẽ igiť ignem illũ dicũt, qui fundamentũ & ſuperędificata fundamẽto lignũ, fenũ, ſtipulã diiudicare poſſit, & male ſupędificata reprobare nõ ſolũ, ſed & exurere ut ardeãt. & opera bona ꝓbare, & cũ fundamẽto cõſeruare. xxx

Dñs Ieſus in hac uita p̄cipit lucernas ardẽtes in manib⁹ tenere, expectare, donec ueniat filius hominis pulſans.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Et ſanctus Petrus in canonica ſua, poſt lumen lucernæ lu‑
centis in caliginoſo loco, duas uices aut uiciſſitudines po‑
nit, Orientem luciferum & illuceſcentem diem xxxi

Orientē luciferū ego intelligo filiū hoīs uenientē & pul‑
ſantē, lōge ſupra lumē lucernæ lucentē, clara uirtute in eis
opa facientē, q̄ nemo alius facere poteſt, ut q tūc nō cōfeſti
aperuerint, excuſationē nō habeāt de peccato ſuo. xxxij

Qui uero ſuccincti lumbis expectantes cōfeſtim ape‑
riunt. Hi uidentes Christum domini, accipiunt in vlnas, &
benedicunt dicentes & orantes in pace, ſecundū uerbū do‑
mini gratias agentes, quia uiderunt oculi eoꝝ ſalutare dei,
paratum ante faciem omnium populorum. xxxiij

Illic eoꝝ exaudit oro & fit p̄cioſa eoꝝ uelut iam ſctōꝝ,
& a ſuis pctis ſaluatoꝝ mors in conſpectu dn̄i. xxxiiij

Anteq̄ a corpore ſoluant, ſalui facti ſunt amantes dn̄m Ie
ſum, & hoc in lumine orientis luciferi. xxxv

Poſt lumē lucētis luciferi, ſctūs Petrus ponit aſpirātem
diem, q quia nondū orto ſole, cū latinis credo moroſum illū
profectū, quo animæ a corporibꝰ ſolutæ purgāt & ꝑficiūt
in gradū ſctē caritatis, qui cuiq̄ ꝑ ſuo loco in templo, pro
ſua manſione in domo patris debitus. xxxvj

Manifeſte in cāticis p̄dicat aīam colūbā formoſam, aſcē
dentē de deſerto totā pulchrā, a capite uſq̄ ad pedes imma‑
culatā cariſſimam in delitijs. xxxvij

Hæc ornamenta, nō in hac uita, quoniā hic in multis of‑
fendimus omnes. Et ſi dixerimus, quia peccatū nō habemꝰ
ueritas in nobis non eſt. Abſit autem ab ore ſponſi, ut mē‑
dacium inueniatur in ore eius. xxxviij

Hæc igit ueræ ſponſæ ornamenta, uero & ueridico ſpō
ſi p̄conio aſſcripta, poſt hāc uitā ſpōſæ cōpetūt. Sed qn̄ ſpō
ſæ ſuæ ſpōſus hæc p̄conia tribuit, adhuc uiatrix eſt, nondū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ortũ ſolis uidens, aut beatifica uiſione cõpræhendens. xxix

Anhelat uidere ſponſum, & non uidet qñ dicit, queſiui illũ & nõ inueni, uocaui & nõ reſpondit mihi. xl

Hęc ſanctiora opa ſpõſę credo poſt pcioſam in cõſpectu dñi mortẽ, ſub illuceſcente die, ante beatifici ſolis ortũ. xlj

In hac luce purgari poſt mortẽ in cõſpectu dñi pcioſam, huius purgationis purgatoriũ locũ credo paradyſum. xlij

Oẽs q pcioſa in cõſpectu dñi morte mortui ſunt, ſunt confirmati in gratia. Longe igiẽ ſanctiores & purgatiores ꝙ Adam & Euah in paradyſo. xliij

Latro de cruce paradyſum accepit purgatoriũ, quia interim aduc uiator. xliiij

Nõ credo latronẽ puriorẽ expiraſſe, pleriſq; ſctis uiris, ꝑ quibꝰ a principio naſcẽtis eccleſiæ, ſancti uiri orauerũt. xlv

Purgatoriũ potius ſpũale ꝙ ſuppliciale

Hæc mihi uidentur conuincere, purgatorium ſpirituale potius ꝙ ſuppliciale. xlvi

Quod ſi iſta cõuicãt, Exempla oĩm dialogorꝫ & illuſtriũ uirorꝫ uiſiones, parabolice potius ꝙ hiſtorice interptãdę & accipiendæ ſunt, ſed de his alias plura.

Purgatorij pena utrũ ſenſibilis.

¶ Item de purgatorio dicit M. VVESSELVS, Senſibiles penas non eſſe p ſe purgatorias, queẽadmodũ cecitatẽ ſi decẽ milia colliriorꝫ adhibeas, nihil purgat niſi redditus uiſus. Ita ſordes animæ diſcecentis, nihil per ſe niſi creſcens amor dei purgat.

Quæ ueræ penæ purgatoriæ

¶ Quanto penitens magis eſt amans, tanto expectatio penalior, nec p diſpenſationẽ inflicta, ſed naturaliter cõcomitãs. vñ nec Papa, nec platus eã tollere poteſt. Et ſi iſtæ penę, ut timere deũ, expectare, eſurire, ſitire iuſticiã, lugere, ingemiſcere, concupiſcere, & deficere in atria domini. Si inquã iſtæ penæ efficaciſſimæ purgatoriæ ſunt, qd oportet alias

querere cum ſine his aliæ inutiles ſint.

De ꝑfectu defūctoꝝ.

¶Defuncti em̄ ꝓficiunt exploratiore fide, fidētiori ſpe, feruētiore caritate, ꝓpterea fragili corpore exuti, ut celeri⁹ ꝓpoſitū agonis ſtadiū currāt, magnis paſſibus ꝓperātes ad ꝑfectionē. Hęc uel beatiora his uult Paul⁹ credi de defūctis dū dicit. Nolum⁹ uos ignorare de dormiētib⁹ ut nō cōtriſtemini. q̄ſi diceret, Si ſciretis q̄ circa illos ſunt, nō cōtriſtaremini. Sūt igit̄ ī tali ſtatu, quē ſi ſcirem⁹ gauderem⁹. In ſtatu igit̄ nō miſero, nō ſub ꝟga lictoris, aut ī igne p̄parato diabolo & angelis ei⁹, ſed ſub diſciplina p̄ris iſtituētis, & eoꝝ cotidiano ꝓfectu gaudētis. Et ipi alacri ꝓfectu, ardenti ſpe, ſitienti deſyderio ſibi indignātes ꝙ nō amplius feruent.

De facultate merēdi poſt mortē

¶Q꞉ qdā de merito & merēdi facultate dicūt, quęq꞉ ſeq̄ ſua opa, neq꞉ amplius merēdi locū eſſe, hoc de prima ſpecie motus, uidelicet uiuifica gn̄atiōe ad uitā itelligēdū uel corruptionē, de augmētatiōe & alteratiōe deprauatiōis neq̄q꞉. Nō em̄ illic regenerāt̄ a morte ad uitā, ſed bn̄ creſcūt ex imꝑfecto ad ꝑfectū, & depurāt̄ a ſordib⁹ uenialiū ſuoꝝ amoꝝ ſecūdū Augu. li. xxi. de ciui. ca. xxvi. & Grego. ī moralib⁹. & Guilelm⁹ Pariſieñ. li. i. de uniuerſo corꝑali, ubi ad lōgū uult ꝙ aię defunctoꝝ etiā a pc̄tis & ſordib⁹ expurgēt̄, & ab imꝑfectiōib⁹ ꝑficient̄. Quia ſecūdū ſētētiā Apl̄i. Qui cepit ī nobis opus bonū ꝑficiet uſq꞉ in diem dn̄i Ieſu. Ad Phil. i.

¶Apl̄s qn̄ dicit, ut referat unuſquiſq꞉ prout geſſit ī carne, non dicit cū excluſione ſolū in carne, quia confeſſa quædā peccata remittuntur in futuro ſeculo. Erunt ergo illic pc̄tā de quibus non in carne geſtis referetur.

Ignis purgatori⁹ nō erit corporalis.

¶Ignis ille q uniuſcuiuſq꞉ op⁹ ꝓbatur⁹ eſt, nō penalis tm̄ erit, quia tūc nihil ad illū ignē q̄le eēt uniuſcuiuſq꞉ op⁹. Nūc aūt talis erit q uniuſcuiuſq꞉ op⁹ ꝓbet ac diiudicet, nō ergo corꝑalis ignis ille, de q̄ Paul⁹ hic loqt̄, q mētales itelligētiaꝝ

ac uolũtatũ differentias diiudicare,probare,reprobare norit
Quẽadmodũ neq; corporalia cremabilia ſunt quæ ignis ille
cremabit,licet Apl's corporaliũ rerũ uocabulis fenum,ſtipu
lam,lignum,argentũ,aurũ, lapides p̃cioſos unico illi funda/
mento ſuperædificet. Quis tam abſurdus ut credit aliquem
filioꝝ dei ſuã angularem illũ in fundamẽto ſpũalis edificij
lapidem,fenum,ſtipulam, ligna corporalia ſuperædificare.
Imo ſanctiores quiq; argẽtũ,aurũ, lapides præcioſos illi fũ
damento ſuperædificantes,omne argentũ aurũ & præcioſa
lapidum contempſerunt,ut nihil talium offerre poſſint ſuꝑ
ædificandũ. Indigniſſimũ ualde tali,fundamenta talia ſuper
ædificare. Non ergo minore abſurditate deſipere puto,qui
taliũ probandoꝝ ac diiudicandoꝝ ignem corporalẽ putãt.

Quis ſit ignis purgatorius

Quis ergo ille ignis,niſi ignis ille conſumens,qui deus eſt
vrens renes & cõburens, depurans aurũ donec defluat om-
ne ſtannum & omne plumbum eius,examinans argentũ &
purgans ab omni ſcoria,ſcrutans corda & renes deus. Ignis
igitur ille purgatorius , idem qui & fundamentum poſitũ.

Cõtra ĩdulgentiarios

Hunc ignem & cremabilia hæc, ſi bene attenderent indul/
gentiarij noſtri,non tam temere poſt mortem, plenariam re
miſſionem & omnimodam impunitatem promitterent, ſci-
rent em̃ neceſſariam illius ignis ꝓbationem,ſicut poſt neceſ
ſariam mortem rectũ iudicium. Hoc aũt iudiciũ in igne iſto
erit,probante quale ſit opus uniuſcuiuſq;. Niſi ergo per in
dulgentias Papa facere poſſit,ut opus eius tale fiat,ut nullũ
patiatur detrimentũ,non poterit eum ſine depuratione trãſ
mittere illo,quo nihil intrat immũdũ. Pauli em̃ teſtimonio,
imo ſpũſſcti ꝑ Paulũ, plurimoꝝ oꝑa talia ſunt,ut in illius
ignis probatione detrimentũ patientur,qui tamẽ uere ſancti
ſunt,quia ſpũs ſaluus erit,ſic tamen quaſi ꝑ ignem. Si poteſt
quis illum ignem ab opere ſuſpendere,ſi iuſtum iudicẽ,imo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

iuſticiam a retribuendo & iudicando ſi quis poſſit ſuſpendere, etiam immundorum purgationem poterit retinere.

¶ Deus noſter ignis conſumens eſt, qui hoiem fecit ad imaginem ſuam, qñ ignem miſit in terram, & uoluit ut arderet, & omnem deformitatem ab imagine ſua feruore caritatis conſumeret. Vnde omne opus humanũ ab hoc igne arſum & conſumptũ uere detrimentũ eſt. Vnde hic uere purgans ignis eſt ꝑ ſe, licet ignis materialis ꝑ accidẽs purgatorius poſſet eſſe. Sicut cõcupiſcẽtia priuſq̃ concipiat, porta mortis & inferi quidẽ eſt, ſed clauſa, ſed ubi concupiſcentia ꝑ ſtulticiã cõceperit, aperit morti ſinum. Sic ſyndereſis ianua quidem regni eſt, ſed clauſa q̃diu non ueritas euãgelij acceptatur. Veritas igitur euangelij quædam uiua clauis regni, ſicut ſtulticia clauis mortis. Veritas igitur & falſitas claues perditionis & ſalutis, etiã ꝑ quemcũq; miniſtrentur ſacramentum & antidotũ ſuam facit operationem.

De⁹ nr̃ ignis conſumens eſt.

¶ Ignis ille quem hinc ægredientes animæ ſanctæ expectant operũ prout in carne geſſerunt detrimentum paſſuræ. Hunc ignem ſancti patres, purgatoriũ, nõ ſatiſfactoriũ nominauerunt. Sed poſteriores, quia mundificationẽ arbitrio prælatorum tribuere nõ poſſunt, cõfugerũt ad ſatisfactionẽ, cũtñ reuera ubi plena mũdicia cordis eſt, nulla exigitur ſatisfactio. Nihil em̃ iuſticia inuenit in iuſto quod cauſetur, quod aũt trãſijt in ꝓteritũ, nõ in ſua eſt amplius poteſtate, & magni ſacerdotis morte ſopitũ eſt in ſatisfactionẽ, cuius fructus integre donat̃ integre coherẽtib⁹ Chriſto, & in illã ſola ſummi & maximi põtificis uolũtas legitime interuenit.

Ignis purgatori⁹ male a doctoribus dict⁹ ẽ ſatisfactorius.

Quod pleriq; ſanctorum penalem & materialem ignẽ ponunt. Primo puto dei uoluntate, quia illorum pietate & multitudinis utilitate factũ. Secundo, non mendaciter aſſertũ, ſed parabolice, cũ ſint multa ſcripturæ etiam canonicæ tam pa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

rabolice tradita, quod a uulgo realia putētur, ut ſunt lux, lumen, claritas. &c. Tertio nō materialem ignem purgatoriū puto principaliter, ſed tamen ignem principaliter puto purgatoriū, quia per ſe ſuo incremento ſancto purgatorius eſt, qui quanto creſcit magis deo aſſimilat & unit. Vnde aſſimilari deo & per amorē uniri, purgari dico. Et impurū uoco, non perfecte amare. In amore creſcere id uere purgari eſt. Quod ſi penaliter affligi purgari eſſet prædicatiōe per ſe & eſſentiali, ſtatim ſequeretur magis torqueri, magis eſſe purgari. Et ita malignissimus demonioꝝ lucifer magis purgaretur, quia magis torquetur. Sed ſi magis purgatur, magis ad puritatem accedit, & ita nūc purior & mūdior ꝗ̄ ſtatim a principio ruinæ. Eius aūt ſuperbia aſcendit ſemper.

deo ꝑ amorē uniri eſt purgari.

¶ Qui ex hac uita imperfecti diſcedunt, uera purgatiōe opus habēt & creſcente caritate, quia malis morib⁹ & amoribus hinc diſcedunt, ſecundū Auguſti. ca. xxvi. li. xxi. de ciuitate dei. Et ſecundū Guilelmū Pariſienſem. ca. C. primæ partis de uniuerſo corporali. Opus igitur habent purgatione per ſe & eſſentialiter purgante. Sed quia in gratia hinc diſceſſerunt, ideo non ſunt confuſi cum loquerentur inimicis in porta. Et quia per mortem confirmati ſunt, ut a gratia excidere nō poſſint, ideo uere præcioſa in cōſpectu dn̄i mors ſanctoꝝ eoꝝ, quia iam in dn̄o mortui ſunt, beatiores in uia dei ꝗ̄ Adam & Eua, maiore igitur caritate ꝗ̄ illi, & magis in gratia dei ꝗ̄ illi. Quod ſi beata paradyſi felicitate circūfuſi ab illa ſua imperfecta caritate purgari potuerunt ac debuerunt, quare nō latro de cruce deſcendēs reliquum id imperfectionis in paradyſo ſub doctore, duce, donatore dn̄o Ieſu, hoſtia uictima holocauſto incenſo manna libamine perpetuo purgari potuit. Quod ſi ille, quare non omnes beatæ in domino mortui, & præcioſa morte mortui, pa

ei beatitudine reliquum imperfectionis purgari potuerũt. Non tamen ab re aut inuito tropo ſtatusille per ignis parabolam deſignatur, quando clariſſimus ille doctor Augustinus in ſermone. C xij. de uerbis dñi, partim tropicis, partim ꝓprijs, partim hinc inde appropriatis, dicit per igneos torrentes intellectualis diſciplinæ tranſire, id eſt, purgari.

¶ De felici ſtatu aĩarꝫ in purgatorio.

¶ Sunt educti de carcere captiuitatis, liberati corpore mortis, exuti carne peccati, eruditi de neceſſitatibus fragilitatis, erepti de laqueis inſidiatoris, reſtituti in promptitudine ſpiritus, audientes legem & uocem legiſlatoris, non ſurdi auditores. accincti ad currendum uiam mandatorꝫ dei, prompti magis in horto & ideo alacriores cantantes cantabiles iuſtificationes in illo loco peregrinationis eorum. Verum quia latum ibi mandatum nimis, & ipſi in latitudine mẽtis etiã dilatis deſyderijs affliguntur. Sed quia hæc afflictio vrit & incẽdit, uotiua etiam hæc dilatio, Chriſtus triplex exemplar iuſticiæ. Primo laborioſæ iuſticiæ in exilio, & hæc fortis perfecta. Secundo felicis & proficientis iuſticiæ in paradyſo, hæc ſancta. Tertio beatæ iuſticiæ ĩ patria, hæc beata.

¶ Dilati amoris deſyderia niſi affligant & adeo affligãt, ut accenſa caritas creſcat in perfectũ ardorem, ut nulla creatura ſeparare poſſit a caritate dei quæ eſt in Chriſto, fortem ut mors, dierum ut infernum, imo fortiorem utroqꝫ, nam erat parua caritas adhuc, quia adhuc aliquid ſui habẽs, quando propter mortem uel infernnm adhuc affligitur, quoniam caritati ſolus deus eſt omnia in omnibus, quod ꝗ diu non fuerit non eſt pura, purganda igitur a fermento ueteri, ut epulari poſſit in azimis ſynceritatis & ueritatis. Sed caritatem nihi purgat, niſi argumentum caritatis. Vnde quamtumcunqꝫ cruciatur, niſi augeatur non purgatur.

Quod aĩarũ ſeparatũ fortis ut mors dilectio.

¶ Omniũ optimus, oĩm piiſſimus dñs Ieſus mille crucia
tus pertulit, nullatenus tñ purgatus. Lucifer æternos cru/
ciatus perferet, nullatenus purgabitur. Cruciatus igitur nõ
purgat niſi per accidens, per ſe autem nõ purgat niſi cre/
ſcens amor Chriſti ac dei.

Pena non purgat.

De uerbis Petri apl'i

¶ Quod ſi Petrus in canonica ſua ſecũda in principio
ꝓmiſit poſt mortem frequenter operã dare fidelib⁹ memo
riam ut facerent ſalutarium illoꝝ illic mortuoꝝ, & ꝓculdu
bio uerax pollicitationẽ abſoluit. Quid putamus dñm Ie/
ſum facere qui ꝓmiſit nobiſcũ fore uſqꝫ ad cõſummationẽ
ſeculi datus euangeliſta, quibus datus eſt mediator, ac ꝑ hoc
ſol omni creato ſpũi, miſero, beato & medio. Et quia arbi/
trarius eſt, ideo qui in carne ſunt, qñ uult illum inantur, &
quãtũ uult, & interim de iure uidendi ꝓ arbitrio diſpenſat.
In carne ſolutis mox immediate lucet. Et qui bona uolun
tate recipiunt lucem intrat ad eos & manſionem in eis facit
nũqꝫ ab illis diſceſſurus. Veꝝ quia Latinoꝝ eccleſia beati/
tudinis dilationem ponit, & purgatorium uocat, & Apoſto
li baptiſmum ꝓ mortuis tradiderũt, rationabile uidere quã
to piis animabus corpore ſolutis arbitrarius ille ſol & quali
ter luceat. Manifeſte em̃ ſi cõuertũtur ad eum, eũ amant,
& ſi differũtur a beatifica fruitione affligũtur, quia uellent
adeo placere ei quem amãt quantũ amãt. Et hoc deſyderiũ
vrit eos ardentius, qꝫ unqꝫ in carne illos amatores, hoc ergo
deſyderium ignis ille ꝓbans & reprobãs oĩa ligna, fena, ſti
pulas ab re ſup fundamẽtũ fidelis amoris ſuperædificata, &
quãtũ ab hoc feruendi deſyderio reprobantur, tãtũ ardent
hæc eoꝝ opera tãtũ detrimentũ patiuntur, tãtũqꝫ purgãtur.

deſyderiũ aĩaꝝ eſt ignis purgarius.

¶ Quæcũqꝫ poteſt habere Paganus ut Chriſtianus, hoꝝ
nõ accepit Petrus a Chriſto paſtoralem cõmiſſionem.

Cõmiſſio paſtoꝝ i qbus habet poteſtatẽ

¶ Quæcũqꝫ non poteſt habere fidelis extra ſtatum gratiæ

&caritatis,horũ etiã non accepit paſtoralem cõmiſſionem.
¶Accepit ergo dũtaxat illoꝝ poteſtatiuã cõmiſſio nem,
quibus fidelis cum fideli fideliter, hoc eſt, Chriſtiano uiuen
di more poteſt & debet cõicare. In quibus rebus ſi diligen-
tem & ſollicitũ ſe exhibeat fidelis ſeruus, & ſi proficiat ſub
ditis (quod tñ in eo nõ eſt) utilis ſeruus eſt. Velle em̃ ꝓfice
re in eo eſſe debet ex mandato cõmendantis, uerum ut pro
ficiat gratia eſt incrementum dantis. &c.

Prælatus ĩ qb⁹ poteſtatẽ accepit.

¶Quorſum hæc, niſi ut intelligamus, quicqd poteſt fide-
lis & prudẽs ſeruus dei ſuper cõmiſſum ſibi gregem in cõi
cando, edificãdo, ꝓficiendo, regendo ſollicite & utiliter prę
ſidendo, totũ hoc exterioris eſt hominis. Interior em̃ homo
qui ſecundũ deũ creatus eſt, non eſt homo q̃diu mortuus
eſt. Mortuus aũt q̃diu non in uitam illam quæ ꝑ caritatẽ
eſt reſpirat. Dicit em̃ ſemꝑ in reliquis donis finaliter conclu
dendo. Nihil ſum, itidem mortuus ſum. Interior em̃ homo,
ſicut imago dũtaxat eſt dei ſecundũ ſolũ deũ, ita a ſolo deo
creatus eſt, neq; ullam in eũ, aut ſuꝑ eũ accepit autoritatem.
Et hoc uoluit Ambroſius dũtaxat, qñ dixit ſacerdotẽ exhi
bere quidem miniſteriũ, nullius tñ exercere iura pietatis in
interiorem uidelicet hominem. Et ſicut hic interior de die in
diem renouatur, ſic de die in diem mundatur, donec formet
Chriſtus in eo. Hanc ꝟo mundationem, renouationem, for
mationem, reformationẽ nõ accepit Petrus in paſtoralem
cõmiſſionem. Vñ nec ea, quæ niſi poſt eam & per eam inte
rior homo conſequi poteſt, paſtoralem accepit cõmiſſionẽ,
qualia ſunt, ut formato Chriſto in nobis mundo corde oc-
curramus deo, admittamur ad uidendũ deum, & irruamus
in amplexus amoris, & aſſurgamus ad oſculũ concordis uo
luntatis, nõ ſolũ, ſed eiuſdem per omnia uoluntatis, neq; ul
lo neuo aut deformitate minus dignus habitus diuini contu

Poteſtas p̃lati in hisq̃ ſũt exterioris hois.

Nota ꝟbũ apl'i Nihil ſum.

de renouatione ut formet chriſt⁹ in nobis.

bernū thalamo excludatur. Hunc igitur thalami ingreſſum, quia nemo niſi corde mundus & ſecundū deū creatus pfectus uir in menſuram ætatis & plenitudinis cōſequitur, reſtat ut qui mūdiciam hanc & formationē, reformationē & pfectionē & plenitudinē dare nō poteſt, etiā dilationē ab ingreſſu autoritate ſua tollere non poſſit, aut obſtantes ne uos remittere. Quid ergo p plēariā remiſſionē, Petri ſucceſſores non uideo, licet multi dicant ſcolaſtici de poteſtate penæ relaxandæ. Quis em̄ neget penam eſſe amāti & taliter amanti, ſi uelut indignus excludatur, deſyderia dilata affligunt aīam, & eo magis affligunt, quo fuerint ardētiora. Et ex altera parte ſi ſe norit pp terea differri quia indignus eſt, quāto credimus in ſeipm̄ zelo exardeſcat, duplici igne urit & exuritur iſte dilatus & excluſus, & hūc duplicem ignē uere purgatorium interioris hominis, & mundantem cor, donec mundo corde deum uideat, & interim omni morte corporali, omni igne corporali grauius urens, quāto ex ardentiore eſtu deſyderantis proceſſerit. Hunc ignem ſi propter indulgentias Petrus aut Paulus tollere uellet, ualde eſſet importunus, quia omnem decorem ſpecioſiſſimæ illius & ſpectatu gratiſſimæ ſucceſſionis tolleret, & ſuauitatem percipientis, puriſſimi em̄ & limpidiſſimi illius fontis hauſtus, tū puto dulciſſimus erit, qn̄ plurimū ſitienti beneuolentiſſime condonatur, contraq; incurio atq; ignauo, quales pleriq; uere confeſſoꝝ & uere contritoꝝ, & in gratia conſtitutorum exiſtunt offeratur, importune offeretur, quādiu non mundi & pfecto amore ardentes exiſtunt. Quis em̄ ex uobis poterit habitare cum ignibus ſempiternis, qui adhuc caro ſum⁹, quouſq; adhuc carnalis affectio & ſi non contra deum, tamen adhuc a deo detinet inuiſcatos. Quid ſibi uult purgatorium nomen, niſi purgationem, purgatio quaſi ad purum

nullū filiorū caritatis purgatorium niſi amoris.

actio. Depuratio aũt impuri abiectio emundatio. Habet ergo omnis purgandus impurum aliquid & immundũ, quod etiam in iuſtis manet poſt hanc uitam.

Quãdiu immundi corde nõ uidebimus deũ.

NEMO immundus corde deum uidebit, q̃diu manet illa cordis immundicia. Multi uere confeſſi & ſalubriter contriti & uere exiſtentes in gratia & caritate, adhuc ſunt immundi corde. Ergo tales cũ tali immundicia cordis morientes non ſtatim uidebunt deum. Hic ſyllogiſmꝰ patitur aliqualem inſtantiam circa materiam de indulgentĩs: ſed maiorem de efficatia ſacramẽtoꝝ, p̃ſertim baptiſmi, ubi omnes confitentur, ꝙ plenariam remiſsionem tribuat. Non eñ poſsibile duas inuicem ueritates repugnare, oportet ergo ambas ſimul ſaluas eſſe, ſi ueritates ſũt theologicę. Verũ aũt eſt ꝙ ad illam beatificam uiſionẽ regis Hierl'm ĩ decore ſuo contemplandã, nullus quãtũlibet ciuis ſanctoꝝ & domeſticus dei admittetur, q̃diu aliquid immundũ in ſe habuerit. Nihil eñ immundũ intrabit in illã ciuitatẽ, ubi nõ lucernæ lunæ aut ſolis lumine lumen lucet, ſed ꝑ ſole dñs mentis oculos illuminat. Verũ item eſt, baptiſmũ & ſacramentũ penitẽtiæ oĩa pc̃tã tollere & integre. De ſacramẽto penitẽtiæ ſimil'r cõfiteri oportet. Nõ eñ filĳs gratię partiꝰ prouidit ꝙ̃ filĳs irę. Sed hoc accipiendũ de his, q̃ fecit ante baptiſmũ & añ penitentiã. Illa eñ quia non amplius in poteſtate ſunt credẽti in deũ & reſpicienti & adherenti, adherenti magno ſacerdoti & hoſtię magnæ, ꝑ fidẽ prorſus mundantur. Si aũt inter mundandũ, aliquid immundũ admiſcuerit, quia id in ſua poteſtate & culpa, non ſacramenti defectu contigit ut uiuus, ſed nõ mundus tñ a baptiſmo aſcendat, etiam ſi a Petro uel Paulo baptiſetur. Signat ſatis hoc Paulus, per differentias eorum qui uero fundamento quod eſt Ieſus Chriſtus uere & ſalubriter ſuperædificati,

baptiſmus & penitentia tollunt oĩa peccata ſed p̃terita nõ p̃ñtia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ſuperædificant nihilominus fenum,ſtipulam,lignũ,aĳ meli⁹ argentũ,alĳ optima & lapides p̃cioſos prorſus ab igne non ledendos. Omniũ tñ hoꝶ opus quale fuerit ignis probabit. Si igitur neq̃ penitentiæ ſacramentũ, neq̃ baptiſmus mũdare poſſunt ſecũdũ legem urentis iuſtificationis, neq̃ gratia præſens, & multũ ſtudium caritatis etiam perfecte, neq̃ ipſe ſpũſſctũs illapſus & p̃ſens, niſi inſuper ſtudium ipſum perfecte mundũ fuerit, non uideo qua fiducia ſummus Pontifex paſſim tantæ multitudini huius ignis immunitatẽ & immundiciæ impunitatem pollicentur.&c. p̃ſertim cũ hic ignis (licet fortaſſis etiam aliũ ſibi ſubſeruientem habeat) ipſe tamen magis caritas & maxime ſpũs ſanctus ſit.

baptiſmus ad uitã regenerat credentem.

¶ Baptiſmus a morte ad uitam regenerat a præteritis omnibus credentẽ, ſiue penitentẽ, ſiue non penitentẽ abluit & mundat, ut neq̃ ad culpam neq̃ ad penam imputent̃. Vñ ſicut in baptiſmo quem deus a culpa mũdat, etiam ad penã non imputat. Ita etiã in penitentia quãtũ a culpa tantũ & de pena. Nam in baptiſmo quãtũlibet præterita etiam ſine penitentia dimittantur, ſi tamen placeant præterita adeo ut uelit habita oportunitate redire ad illa, etiam ſi a Petro ipſo baptiſaretur non mundaretur, & ſi nõ placeant ad opus iterandum, placeant nihilominus aliqualiter ſed uenialiter, in tantũ baptiſmus eius immundus eſt cetera mundatus. Ita & in confeſſione & in contritione pro tanto mundatur, quãto nihil puritatis admiſcet inter penitendũ, ut ſi penitus mundus penitet, prorſus oĩm p̃teritoꝶ impunitatẽ conſequitur, adeo ut cum ignis ille opus eius ꝓbauerit, ſi nihil vrendum inueniat abſq̃ detrimento tranſeat, neq̃ in ea mũdicia quiſq̃ p̃ter deũ diiudicare poteſt, neq̃ Papa, neq̃ eccleſia tota. Vnde ad illius finalis ignis impunitatẽ, neq̃ Papa neq̃ cõcilium indulgentias facere poſſunt, iudicĳ autoritatem nõ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

habent ubi dinoſcere non poſſunt,& hinc argumentum ꝙ miniſter ſacramẽtũ miniſtrat,ſed gratiæ effectum nõ pſtat, quia mentem accedentis diiudicare non poteſt. Sacramentoꝝ ergo effectus apud illum eſt qui corda nouit accedentium,& hic a peccatis abſoluit,non miniſter,& quãtũ abſoluit a peccato,tantũ abſoluit a pena.

¶Eiuſdem Doc. VVESSELI ſententia, ꝙ exiſtentes in purgatorio proficiant poſt hanc uitam, ex uerbis Petri Apl'i elicita. De euangelio & pulſatione Chriſti poſt mortem, Cũ ꝓpoſitionibus ex eodem textu elicitis.

MVLTA poſt mortem carnis indefinita & ignota uiuentibus Theologis in hoc mundo facile conuincit uerbũ illud primæ canonicæ Petri.ca.iii. in fine dicẽtis, Quod Chriſtus ſemel mortuus eſt,iuſtus pro iniuſtis,ut nos offerret deo,mortificatus quidem carne,uiuificatus aũt ſpũ. In quo & his qui in carcere erant,ſpũ ueniens prædicauit,diſcredentibus aliqñ,quando ſuſcepta dei longanimitas in diebus Noe qñ Archa parabatur. Facit non minus uerbum ſequens in principio q̃rti ca. eiuſdem ad eandẽ ſententiam. Qui reddent rationem ei qui paratus eſt iudicare uiuos & mortuos. Propter hoc eñ & mortuis euãgeliſata ſũt ut iudicentur,mortuis quidem ſcd'm homines carne,uiuentibus aũt ſecundũ deũ ſpũ. Hoc poſtremũ ſi cũ primo conferatur, ſicut oportet omnia uerba ſacræ ſcripturæ bene intellecta inuicem conuenientia mutuo ſe declarare, ualde raram ſententiam facient. Iſtam ſcilicet, ꝙ Chriſtus mortuus pro peccatis noſtris,iuſtus pro iniuſtis,mortificatus quidẽ carne,uiuificatus ſpũ, his qui in carcere erant ſpũ ueniens ꝓdicauit,diſcredentibus aliquando,& ab eodem quia ab eo qui paratum habet iudicare uiuos & mortuos. Ab eodem

multa ignota uiuentibus theologis de ſtatu poſt mortẽ carnis.

in quā Chriſto euangeliſata ſunt mortuis, quia ſpū ueniens prædicauit. Semp̄ em̄ eius p̄dicatio euangeliū eſt, ut iudicentur, hoc eſt, uel credentes ſaluentur, uel tāto euangeliſtæ increduli condēnentur. Et eis mortuis qui in carcere, quia ſubditur expreſſe in textu, mortuis quidem ſecūdū homines carne, uiuentibus aūt ſecundū deū ſpū. Sed hic ſcrupulus quidam contra hanc ſententiam, & contra meam opinionē, ꝙ latinus textus habet ut nos offerret deo mortificatos quidem carne, uiuificatos aūt ſpū. Qui ſi uerus eſſet paruum ſcrupulū afferret priori ſententiæ. Sed grecus textus clarius ad prædictam ſententiam facit, quia grece ponuntur illa duo participia in nominatiuo ſingulari thanatothas, zoopiitheis, non in accō plurali thanatotentas. &c. Patet hoc ex litera ſequenti, qua relatiuum quo refert ſpiritū Chriſti, non uiuificatoꝶ, quia non illoꝶ ſpū ſed ſuo ſpiritu uenit. Igitur ſi Chriſtus carne mortuus & ſpiritu uiuificatus euāgeliſta p̄dicauit his qui in carcere mortuis quidem carne, uiuentibus aūt ſpū, diſcredentibus aliquando, ſuſcipientibꝰ tamen dei longanimitatē, oportebit cōfiteri mortuos illos carne mortuos ſpū uiuentes, in parte quidem credidiſſe, quia ſine fide impoſſibile placere deo, ſed in parte non expreſſe credidiſſe, quare em̄ alias tantus euangeliſta prædicaret eis. Et oportebit confiteri ualde magnum auditorū uerboꝶ, quæ non licet homini loqui hoc euangelium fuiſſe, quod a tanto euangeliſta prædicabatur.

Soluit ſcrupulus prædictæ ſentētiæ cōtrariꝰ

¶ Valde em̄ humanū uidetur credere in tanta multitudine in diluuio pereuntium omniū, fuiſſe nonnullos quēadmodū in Niniue multa milia neſcientiū quid ſit inter dextrum & ſiniſtrum qui Noe prædicationem non audierunt, uel etiam ad quos peruenire non potuit, qui tamen cū peri

de pereuntibꝰ i diluuio piaopinio.

rent ſalutari ſanctorum angelorum inſtinctu cõuerſi fuerũt ad dominum per eoſdem angelos de neceſſarijs edocti & moniti. Valde enim clarumradium latiſsime & abditæ miſerationis, & longe aliorum iudiciorum deus in uerbo illo de Niniuitis ad Ionam detexit. Nec obſtat uerbum beati Petri, Quod in Archa octo animæ ſaluæ factæ ſint per aquam. Illa enim ſalus tantum corporalis, contra corporalem ceterorum pereuntinm perditionem. Patet hoc, quoniam in illis octo animabus, Chan deriſor patris, pater Chanaan ſupputatur, excluſus a reliquis duobus filijs benedictionis. Salus enim quæ per archam facta fuit, corporalis tantum fuit, quia animantibus mundis & immundis ut illis octo animabus communis.

Et grauiſsime facit in hanc ſententiam, facit uerbum cauſale, quo dicit, Propter hoc euangeliſatum mortuis a tanto euangeliſta & prædicatore ut iudicen tur, quaſi dicat, nõ iudicandos cum angelis uel demonibus, niſi par em angelis caritatem, uel demonibus, contumaci am, tanto prędicatori & euangeliſtæ prę ſenti exhibeant. Hęc ſi dixerim pro meo captu interim, quia mihi uerba ſacri canonis ita urgere uidentur, paratus acquieſcere cuicũq; clariorem & congruentiorem uerbis ſententiam afferenti. Oportet autem exponentem ſententiam congruere uerbis textus, & nõ extortam eſſe. Omnis enim extorta ſententia quę metu argumentorum diſsidet a forma canonis debet eſſe ſupecta de hereſi. Facit non minus hoc uerbum ut iudicentur, pro omnibus q̃ pro illis in carcere & limbo, quia ſi propterea euãgeliſata ſunt illis ut iudicentur, ergo omnia illis euangeliſata de quibus iudicabuntur. Omnes ergo per Chriſtum iudicandi, ante per ipſum Chriſtum ut iuſte iudicentur prędicantem euangeliſabuntur.

notet ſcripturarũ declarator ut ſentẽtia cõgruit ỽbis textus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Sed quale credimus fore illud euangeliũ, q̃ latũ, q̃ clarum, q̃ efficax ut uere qui ſic audiens eius uenientis & ſic pulſantis obdurat cor ſuum, nullam in ſequenti iudicio habebit excuſationẽ de peccato ſuo, ſed in ira ſua iuret, & iuratam ſententiam dictet, non introituros in requiem ſuam, ſed iuſte cum diabolo pari maledicto in ignem æternum alligandos. Non eñ tali euangeliſtæ & prædicatori difficile quibuſcũq; qualitercũq; diſpoſitis, quamlibet neceſſariam agnitionẽ illuſtratione ſui aduentus infundere.

¶ Propoſitiones elicitæ ex eiſdem uerbis Petri, De euãgelio & pulſatiõe filij hominis. Miſſæ dño Ludolpho Decano ſancti Martini eccleſiæ Traiectenſis. Sunt igitur concluſiones ex hoc textu. I

Quod Chriſtus in ſpũ prædicauit. II

Quod Chriſtus in carne mortificatus p̃dicauit. III

Quod incarceratis prædicauit. IIII

Quod ſpũ uenit ad illos carne mortificatus.

Quod illi incarcerati erant carne mortui. V

Quod illi incarcerati carne mortui uiuebant ſpũ. VI

Quod illi incarcerati aliqñ increduli ueritati. VII

Quod illi increduli ueritati, crediderunt quãtũ ſatis erat ad ſalutem. VIII

Quod illi increduli facti acceperũt pacientiam uel potius longanimitatem dei. IX

Quod illi incarcerati crediderunt ſed imperfecte. X

Quod illi imperfecti opus habuerunt prædicante & euãgeliſante, ut in ſapientia fidei perſeuerentur. XI

Q. illis imp̃fectis euãgeliſatũ, ut pararẽt ad iudiciũ. XII

Quod illi euangeliſati ante euangelium p̃dicãtis Ieſu nõ parati aut integre diſpoſiti ad iudicium. XIII

Quod illi euãgeliſati poſtq̃ Chriſtus uenit & euãgeliſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

uit,ſi nõ credãt,excuſationẽ nõ habent de pctõ. xiiij

Quod qui magno & ſummo euangeliſtę credit,ut adhe reat integro corde,uere habet uitam æternam. xv

Omni homini ueniet filius hominis prædicator euange/ liſta magnus pulſans. xvi

Quod,cuiq; audienti uocem pulſantis & euangeliſantis, credenti adherenti fideliter,Chriſtus euangeliſta factus eſt, eum non deſerat donec perficiat. xvij

Quod totus proceſſus illoꝝ euãgeliſatoꝝ paradyſus eſt regnum antecedens. xviij

In ſtatu innocentiæ paradyſus tp̄e ac duratione & mora præceſſiſſet regnum celorum. xix

Quod rationabile & probabile,ꝙ talem paradyſum latro ni Chriſtus promiſit. xx

Quod ſoli euãgeliſati per magnum euangeliſtam idonee diſpoſiti ſunt ut æterno iudicio iudicentur. xxi

Q; æternũ iudiciũ pfecte iuſtos pares angelis diffiniet.

Quod qui ueniente filio hominis & magno euã (xxij gelio pulſante ſimul & choruſcante,cor ſuum obdurauerit, digne cum demonibus iudicabitur. xxiij

Quod omnis iudicandus ante iudicium per hunc euan/ geliſtam euangelizandus. xxv

Quod diuerſa multum ſunt inter ſe hoc euangeliũ & hoc iudicium. xxvi

Quod in ſtatu originalis iuſticiæ paradyſus tempore & duratione præceſſiſſet. xxvij

Quod proceſſus medius inter euangelium perficiendo/ rum uſq; ad plenam idoneitatem iudicandoꝝ non incon/ grue paradyſus nominatur. xxviij

Q. probabile,ꝙ Chriſtus talem ſpũalem paradyſum latro/ ni in cruce promiſit. xxix

Quod non puto latronem illum iudicio ſuo magis ido-neum fuiſſe multis probatiſſimis patribus ueteris teſtamenti clariſsimis dei amicis. xxx

Quod ſi illos tam ſanctos uiros adhuc per magnũ euãgeliſtam inſtitui oportuit, ut iudicarentur. Non facile credo popularem hodie multitudinem Chriſtianam hinc exeuntẽ, ut magno illo euangeliſta non opus habeat. xxxi

Quod nullus ex hac uita niſi per euãgeliſantem Chriſtũ ꝑfecte monitus, ꝑfecte doctus, ꝑfecte motus ꝑficiat. xxxij

In nulliꝰ mortalis hoĩs arbitrio cõſtitutũ, quãtũ queq̃ Chriſtus moneat doceat, moueat illo ſuæ pulſationis euãgelio.

Qnod enã-geliũ Chriſti ſit uerũ purgatorium.

Quod Chriſti euangelium, eſt ſolum uerũ præcipuum purgatorium, licet etiam alia minus principaliter etiam poſſint rationabiliter tolerari. xxxiiij

Quod idem ergo uerum purgatorium eſt paradyſus, ſed amanti tanto amarior, quanto magis ipſa purgatior diuino amore flagrarit. xxxv

Hunc flagrantis animæ ardorem & amaritudinem ego puto uerũ poſtremũ, & perfectiſsimum purgatorium. xxxvi

Quod in originali iuſticia multa ualde ſuberat imꝑfectiõ, multa igitur reſtabat purgatio. xxxvij

Hoc euangelium non eſt impoſsibile neq̃ euangeliſanti neq̃ euangeliſatori. xxxviij

Quod nõ eſt expreſſe contra aliquem paſſum ſcripturæ. (xxxix

Quod ſi talis euangeliſatio ponatur multi ſacræ ſcripturæ paſſus facilius enodabuntur. xl

Quod neq̃ deum neq̃ Chriſtum dedecet. xli

Quod ſi ſic fiat manifeſte omnia ſcripturæ loca mutuo congruent. xlij

Hæc ſunt, quæ mouent ut faueam, non tamen permouẽt ut aſſeram, &c̃.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

¶De euangelio æterno qñ & quō & a quo euāgeliſandū.

LEX naturæ longe ſub lege diuina. II

Lex naturæ cōibus hominibus abdita rectitudo. III

Legis diuinæ omnib⁹ hoībus iſcrutabilis abyſſus. IIII

Legis diuinæ, forma traditionis, uix pauciſſimis, ingenioſiſsimis, ocioſiſſimis, adhoc ſtudioſiſsimis explicabil'. V

Legis diuinæ omnibus explendæ ꝓpoſito dei ſuperimpoſito neceſsitas, quia ad imaginem & ſimilitudinem. VI

Legis igitur perfecta inſtitutio alibi expectanda. VII

Legis dei ītegritas ad imaginē & ſilitudinē dei neceſſaria.

Legis dei perfecta integritas, neceſſario ingreſſum (VIII regni dei antecedit, quia ſanctū eſſe oportet añꝙ btm̄. IX

Legis diuinæ ſenſus literalis eſt, quo non in prouerbijs loquitur uerbum caro factum. X

Veniet hora cū nō in prouerbijs loquatur filius hominis ſed palam de patre annunciabit. XI

Quæ palam annunciabit de patre abſqꝫ prouerbijs, illa erunt euangelium æternum. XII

Euangeliū æternū nō eſt parabolicū, nō ꝓuerbiale, nō de lingua in linguam interꝓtabile nō uocale. Euangeliū æternum quale & qñ & a quo euangeliſandum. XIII

Euāgeliū nō uocale, nō parabolicū, nō ꝓuerbiale, nulla uirtute organica ſuſceptibile, qm̄ abſqꝫ phantaſmate. XIIII

Cōmodiſſime & oportuniſſime illud euangelium euāgeliſabat, qñ uirib⁹ organicis oib⁹ hō deſtitut⁹, ſolas ītellectiones & nr̄a deſyderia ī deū nō ꝑ phātaſmata ītelligim⁹. XV

Pauciſsimi poſſunt in hac uita intelligere phātaſmata nō ſpeculantes. XVI

Phātaſmatū ſpeculatio impedit ītelligētiæ puritatē. xvij

Potentia inorganica in operando cōiuncta organice, minor eſt ſua naturali operatione in hac uita. XVII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Interior homo ſuis limitib⁹ inorganicus eſt prorſus, oculus interioris hoīs ualde clauſus i cognitiōe intuitiua. xix

Interior homo nō impeditus & finis ꝑprius diuini ꝑpoſiti facientis hoīem ad imaginē & ſimilitudinē ſuā. xx

Propoſitū dei nō excidit, ut obliuiſcaᷣ deus, uel derelinquat opus ſuū deus uolens oēs hoīes ſaluos fieri. xxi

Lux uera illūinat oēm hoiem uenientē i hūc mūdū. xxij

Illuminare dignabitur perfecte quos tantopere redemit, quos perfecte redemit. xxiij

Perfecte de opere redēptionis illuminabit, ut ſi obdurēt corda ſua, nō habeant excuſationē de peccato. xxiiij

Niſi ueniat filius hoīs pulſans illumināS de oꝑe quod nemo alius facere potuit, peccatū illud obdurati cordis nō habent. Nūc eñ quia uiderunt me & oderunt me & patrem meum, excuſationem non habent de peccato. xxv

Si nō coronabiᷣ niſi q legitime certauerit, & ſi nō legitime certat q̍ nō totā legē implet, qui uel iota unū reliquerit mandati lati nimis, liquet neminē coronādū, q nō in latitudine mētis legē impleuerit. Hoc nō ad lumen lucernæ, neq̃ orientis luciferi. Hanc latitudinē Salomon ſignificauit qñ dixit, ſemitā iuſtoꝝ lucem ꝑficientem in ꝑfectū diem, hoc eſt in oēm legis lucem in mente, in oēm glīæ ſplendorē i intelligentia, in oēm caritatis feruorem in uoluntate.

¶ An ſctūs Stephanus ſtatim poſt mortē ſit coronat⁹.

Sententiæ illæ de dilato ingreſſu purgandoꝝ uehementer refragatur uerbū illud Actuū. ij. de Stephano uidente celos apertos & obdormiente in dn̄o. Expreſſe eñ dicit ſcriptura, Cū dederit dilectis ſuis ſomnū, ecce hereditas dn̄i filij merces fructus uentris. Verꝫ quia hæc ꝟba de patribus ueteris teſtamēti nō minus v runt, ideo pari poſſunt moderatione, imo propter alia ſcripturæ uerba oportet ut

etiam de Stephano moderētur. Si em̄ Abraham in pace col lectus, qui exultauit ut uideret Chriſti diem, ſi uidit & gauiſus eſt. Si Moyſes loquebatur cū deo facie ad faciem ſicut amicus ad amicū cum adhuc eſſet in carne, carne ſolutus quō exultauit ut uideret diem Chriſti. Et qn̄ loq̄bať cū eo in monte uidens Ieſum, quanto gauiſus ſit quis explicet? Et Lazarus ulceribus plenus, ab angelis delatus in ſinū Abrahæ, nō quo Abraham illū recepit niſi felici cōſone, ſed quo ipſe cū Abraham cōſolabatur, & cū Moſe expectātes beatam ſpem. Vere dilecti, uere dato ſomno dormientes in pace in idipm̄ & requieſcētes. Manifeſte em̄ dicit Apl'us ad Hebre. ij. Sanctos p̲ fidem operatos iuſticiam, adeptos repromiſſiones, cū tn̄ in fine capl'i plurimis grandibus uirtutibus enumeratis cōcludat. Et hi oēs teſtimonio fidei ꝓbati, nō acceperunt repromiſſionē, deo melius aliquid ꝓuidente pro nobis, ne ſine nobis cōſummarētur uel potius p̲ficerēt. Liquet igiť gradus eſſe in promiſſione adepta, & nondum adepta. Imo ſi melius aliquid pro Paulo & ſanctis ꝓuidit deus, ne Abraham, Moſes, Dauid ſine Paulo & ſuis acciperent ꝓmiſſiones, ergo neq̨ tūc Stephanus adhuc accepit ꝓmiſſionē qn̄ Apl's iſta ſcribebat Hebreis. Et quia nō de uiſione Apl'i intelligit, ideo gradus in repromiſſione oportet accipere. Imo gradus in beatitudine uidētiū deū. Quare nō gradus in ſanctitate? Et quis nouit qui gradus cōſummatæ ſanctitatis? Et ſi melius pro nobis eſt ſanctos illos non ſine nobis perfici, quis diffinire audebit, angelos in illa beatifica uiſione qua ſemp̲ uident faciem patris, conſummatos eſſe ſine nobis, ut in eis ſine nobis conſummatis deus nō hic ꝓ nobis melius prouiderit. In quo em̄ id melius, niſi ſuam conſummationem orantes, etiam pro nobis orare monētur, ſine quibus nō cōſummabunť aut p̲ficienť. Cū igitur oēs admi

Angeli ſancti ſine nobis nō conſummabūť

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

niſtratorij ſunt ſpũs in miniſteriũ miſsi ꝓpter eos qui here ditatẽ capient ſalutis, quare nõ in eis nõ cõſummatis absq̃ nobis id melius pro nobis deus ꝓuiderit? Saltem hoc loco ſatis eſt, neminem poſſe dicere ſine nobis conſummatos finaliter, cũ liquido conſtet ſacerdotio Chriſti profeciſſe cũ ſanctitate per ſacerdotium ſanctum cũ beatitudine, q̃ ſi ꝓfecerũt illo quis diffiniet conſummatos absq̃ nobis. &c̃.

VVESSELVS in quadam epiſtola.

De igne purgatorij ſecũdũ Auguſtinum.

MIROR ego te uirum doctiſsimũ, non meminiſſe terribilem illũ ignem rationabilem, atq̃ igneam legem in mauu dei, inſcribendã in cordibus noſtris. Ignem inquã rationabilẽ opus uniuſcuiuſq̃ ꝓbãtẽ, ſimulq̃ lignũ, fenum, ſtipulam exurentem, uidelicet oẽm malũ amorẽ, ſecũ dũ Auguſt. in de ꝟbis dñi. Itẽq̃ li. xxi. ca. xxvi. de ciui dei. Malos igiť amores, impfectã adhuc a carne ſolutã caritatẽ puto. Exiſtimo igiť in carne ſolutis, oportere creſcere caritatem in eam diſtantiã, diſsimilitudinẽ & pfectionẽ, qua diſtant celi a terra, & qua lumen lucerne ad pfectã diem. Iuxta illud. Iuſtoꝝ ſemita quaſi lux creſcens in perfectum diem. Et propter hanc inæqualitatem puto, quod dñs Ieſus regnum celoꝝ grano ſinapis, & globo celi commenſurauit.

De morte pioꝝ & ꝓfectu.

¶ Omnes in gratia morientes priusq̃ carne ſoluantur in lumine lucernæ uigilantes, expectãtes dñm parati ſuſcipere cũ exultatione, ubi pulſantẽ audiũt, & cõfeſtim aperientes ſuſcipiunt cũ magno deſyderio expectatũ, euacuunt lumen lucernæ in matutinũ ſydus, orientis eis luciferi lumine cõmutantes. Et illius felici ducatu & beneficio quo digne creſcere poſsint orant cũ Symeone ut carne ſoluanť, & cũ latrone in gratiã recepto in paradyſum reſtituantur. Illic ipe ut Ezechielis eulogio, xxxiiij. ꝓmittit. Requiret oues

ſuas.&c.& liberabit eas de omnibus locis,in quib⁹ diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis ducet eas de populis,& congregabit eas de terris,& inducet eas in terram ſuam, & paſcet eas in montibus Iſrael in riuis & cũctis ſedib⁹ terræ, in paſcuis uberrimis paſcet eas,& in mõtibus excelſis Iſrael erũt paſcua earꝫ,ubi requieſcent in herbis uirentib⁹, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſrael. Ipſe dñs Jeſus paſtor eorꝫ paſcet oues ſuas & accũbere faciet. Quod ſanũ, in eis fouebit,& quod minus curabit, requirẽs quod perierat,reducens quod abiectum, alligans quod cõfractũ, & quod infirmũ conſolidans,quod pingue & forte cuſtodiens,paſcens eas in iudicio. Idem ergo paſtor & iudex, & Dauid fidelis paſtor ſecũdũ cor dñi,oẽm dei uolũtatẽ faciẽs, in ouibus gregis dei, paſcetqꝫ eas quouſqꝫ aurorã euacuet aſpirans dies,quã & aſpirantem diem,ſol oriens euacuet. Et hic iam primo,paſtor Dauid regnum tradet deo, poſtremo perfectiſſime traditurus poſt iudicium uniuerſorum.

De profectu animarũ carne ſolutarum.

HAnc ſeriem ducatus aiarꝫ,a lumine lucernę pręſentis exilij, quo puſilla ſapientia fidei noſtræ,ſicut granum ſinapis eſt,& uelut paruũ centrũ quod creſcere oportet in illam celeſtis globi immenſitatẽ. Vniuerſum ꝓceſſum & felix aiarꝫ incrementũ uſqꝫ ad orientẽ ſolẽ, purgationem puto. Et in hac purgatione non penam, quæ ad modicum utilis,ſed ad oĩa ualentem pietatem, & illam pietatem per ſe purgatricem. Habet nihilominus illa pietas imo flagrans amor dilatus,languorem & penam ſuam. Habet etiam felicem conſolationem. Conſolatur præſentia paſtoris & ſaluatoris. Verum quia Doctor & Euangeliſta eſt miſſus a patre docens amorem, quo ipſe patrem amauit & amat & illum ſuum amorem imitari inardeſcunt amore.

Non pena ſed pietas pſe purgat animas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

verũ piarꝝ aiarꝝ purgatorium. Sed quia nõdũ digne amãt adhuc differunt, & affligit anima eorꝝ. Hæc afflictio non dolor, ſed meror eſt ſecũdũ deũ, & ſicut ex caritate dei ita efficax, ut caritatis augmentũ impetret. Et quanto merentior, tantoq́ʒ ſantior, tantoq́ʒ impetrantior.

¶Vnde ualde miror cõem doctorꝝ noſtrę ſcolæ inaduertentiam, qui nõ ueterũ primeuæ eccleſiæ autoritate mouẽtur purgatorium ignem a punitorio diſtinguere.

Ignis purgatorius. ¶Gregorius naziancenus, Purgatorium ignem dicit, quẽ dñs Ieſus mittit in terrã, uolens ut ardeat. Et iſtum, quia ſordes rationabiles imperfectæ ſcientiæ, imperfecti de deo iudicij & imperfectæ iuſticiæ purgare debet, rationalem eſſe oportebit. Quod etiã Paulus innuit, Qñ dicit ignem illũ ꝓbaturum, qui ſi probat utiq́ʒ cognoſcit, quale uniuscuiusq́ʒ opus fuerit. Ignis punitorius. Punitorium uero ignem dicit illum, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Multũ ẽm inſolens & noua uerborum licentia, ut purgare dicamus illũ, qui nihil impurum aufert. Hæc Vveſſelus.

¶Orare pro defunctis quare ſalubris cogitatio.

Pro defunctis orare ſalubris eſt cogitatio. ¶Quemadmodũ pſalmiſta adhortatur angelos fortes uirtute facientes uerbũ eius ad audiendam uocem uerbi eius, qui tñ tota uirtute & fortitudine id faciunt, ita licet optare ut faciant & orare ut faciant quod faciunt. Quemadmodũ pro illis ita pro dormientibus exorare ut a peccatis ſoluant, ſancta & ſalubris eſt cogitatio, ſicut ſanctũ & ſalubre uelle quæ uult deus, & orare ut fiant quæ uult fieri. Poteſt ẽm pia uoluntas conuerti ſuper omne quod eſt primum, & citra primum & primi uoluntatem in omnibus deſyderare & orare.

¶Sequuntur quædam epiſtolæ eiuſdem Doct.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

EPISTOLA M. VVESSELI Groningeñ ad fratrem Bernardum Meppenſem, Canonicũ Regularẽ, de profectu & ſtatu animarꝝ poſt hanc uitã, quid & quõ pro eis orandum. &c̃

SALVTEM, quæ ſi uera, uere ſaluat a peccatis populũ Ieſu. Si perfecta, perfecte ſaluat a pecca/tis, unde ab omni peccato. Peccatũ aũt grande, ta/lem amatorem non redamare. Huic uenienti & pulſanti, nemo confeſtim aperit, niſi cũ pulſu adueniat re/pente de celo ſonus tãꝗ̃ aduenientis ſpũs uehemẽtis, & ape/riens induatur uirtute ex alto, ut amatorem amãs digne re/cipiat in ſpũ iudicij & ardoris, lauãte ſordes filiarꝝ ſyon, ſor/des dico nõ amantium talem amatorem. Hic accipiũt in ul/nas, & grandi ore benedicunt, orant in pace dimitti ſecũdũ uerbũ dñi, gratias agunt de uiſo ſalutari ſaluante a peccato, ſalutari parato ante faciem oĩm populorꝝ. Et hæc in lumi/ne orientis luciferi nondũ corpore ſoluti. Et uoti compotes apud illũ ſaluatorẽ, ſoluuntur a carcere captiuitatis, a carne peccati, a corpore corruptionis, & hoc morte tam præcioſa in conſpectu dñi, ut qui ſalui fiunt in magna uita ſapientię gloriæ & caritatis confirmati ſoluant̃, adeo confirmati, quo nulla deinceps creatura poſſit eos ſeparare a caritate dei, q̃ eſt in Chriſto Ieſu. Hic ad lumen lucerne nominibus & nũ/cijs omnia nobis gerũtur ueniente filio hoĩs, & cũ uehemẽti ſono aduenientis ſpũs, induente uirtute ex alto, agni nomẽ in ſpeciem tranſit, ut qui ante exaltato noĩe formoſus fuit, fiat ſpecioſus forma præ filijs hoim in lumine orientis lucife/ri. Nimirũ hic ꝑcioſa in cõſpectu dñi morte ſoluẽte ab oĩbꝰ infirmitatibus, & in illã ſanctã uitam uiuificãte & cõfirmã/te, tranſeunt in illuceſcentẽ & aſpirãtẽ diem, felices uiatores, donec eis cõſpicuus oriat̃ ſol, nõ iam ambulãtes in uijs dñi,

> De ꝑfecta ſalute.
>
> De ꝑfectu & ſtatu ani/marum.
>
> De ſtatu a/nimarꝝ poſt hanc uitam

non currentes, non ſaltantes. Imo minus dicere puto, ſi dixe
ro uolantes, credo aūt potius raptos, aut fulguris inſtar in
latiſſimo illo mane luceſcētis ante ſolis ortū diei magnæ,

Orō pro defunctis & ꝓ angelis.

latiſſima, altiſſima die diffuſionū flagrare caritate. Hęc ſi mi
bi hanc uitam miſerabilem functo ſuccedant, uolam q̄ deus
de me uolet, Volet aūt ut ex illuceſcente die in lumen ſolis
orientis procedam, hoc orare debebo. Idip̄m orant angeli ꝓ
defunctis. Oramus etiā & nos pro angelis, qn̄ oramus ut eo
rum beata deſyderia de nobis fiant efficacia. Idip̄m orat ec/

Defūcti orāt ꝓ nobis

cleſia tota uel orare debet. Orant ꝓ nobis defuncti, ut in il
loꝝ felicem ſocietatē traducamur. Angeloꝝ pro defunctis
beatior oratio. Defunctoꝝ ꝓ nobis ꝙ noſtra felicior oratio
uel ꝓ nobis uel ꝓ illis. Si quis aūt orat ut a peccatis ſoluant̄,
qui tanti amatoris teſtimonio prorſus immaculati ꝑfectiq;
ſunt, & adhuc tn̄ uiatores, quia querūt & nō inueniūt, quia
uocant & non reſpondet. Hæc oratio licet ex pietate proce

q̄d orādū ꝓ mortuis.

dat, habet nihilominus errorem admixtū. De tali ego dixi
oratione me dubitare, ſi uellem pro me defuncto fieri deuo-
torū orationes, volo ꝙ orent pro me ſanctificādo & ꝑficien
do in lumen magis ac magis luceſcentis & aſpirantis diei,
quo mox orituri ſolis nomen ſanctū, in beatam orti ſolis ſpe/
ciem tranſeat, quēadmodū agni nomen in felicem ſpeciem
tranſiuit, ut oculo ad oculū omnes theſauros domus dei in
Chriſto uideam immenſos illos theſauros ſapientiæ, glorię
& caritatis, & quicquid in eo creati decoris eſt cōtēnētes,
& in illū increatū ſolem querendo rapti nōdum inueniunt,
quia uocatus necdū uotis reſpōdet. Hæc angeli beati ꝓ iam

quō orādū ꝓ mortuis.

felicibus orant. Hæc felices iam pro ſeipſis beatificādis orāt.
Hæc miſerabiles pro felicibus orare debemus. Non aūt de
bemus pietati errorē cōmiſcere. Sed ſic orare quo ꝑ ſapientiā
& rectitudinē orātis feruor orationis aſcendat, & accenda t̄

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

uelut incenſum in conſpectu dñi. Hic eſt baptiſmus in ſpũ ſancto, quo in primitiua eccleſia baptiſabãt pro mortuis. Et ſi qui aliter baptiſabantur, puto notatos per ſubiectam queſtionem, ut quid baptiſabantur pro illis? quaſi dicat, baptiſmũ illoꝶ detrimentũ pati & pro tanto inutilem. &c̃. baptiſari ꝑ mortuis.

¶Propoſitiones.

SAncta cogitatio exorare pro mortuis. II

Sanctũ eoꝶ deſyderiũ exorantiũ pro uiuis. III

Sanctius eoꝶ deſyderiũ pro nobis, ꝙ noſtrum pro illis, quanto ſunt ſanctiores. IIII

Sancta noſtra cogitatio exorare pro beatis, ut celerius duplices ſtolas accipiant. V

Sanctum deſyderium pro angelis, ut miniſterij ſui uotiuum fructum accipiant. VI

Si tamen quis pro mortuo exorat qui talis eſt, ut ex cãticis ſponſa deſcribitur, tota pulchra immaculata, licet eius oratio de pietate procedit, errat nihilominus, petẽs ut a peccatis ſoluatur, quemadmodum errat pro angelo petens ut a merore ſolueretur. VII

Placet illis noſtra pietas orantium pro illis. VIII

Prodeſt nobis illoꝶ acceptiſſima caritas inenarrabilib⁹ gemitibus interpellantiũ ꝓ nobis, hoc in hac uita nõ poterant. Quõ em̃ illic gemitus, quõ hic inenarrabiles? IX

Oratio noſtra quãto ex pietate ꝓcedẽs ſancta eſt, ſed quãto erronea eſt, ꝓ tãto adhuc ſancta non eſt. Eſt igit̃ ſancta & non ſancta, quẽadmodũ q̃ in medio cõſtituta partialiter ſiue participantia denominantur & affirmatiue & negatiue.

¶Epla M. V veſſeli, prouocãs quẽdã ad diſputationẽ, De impletiõe ſacrę ſcripturæ, de ipfectiõe ſctõꝶ aploꝶ & martyrũ, q̃ etiã poſt hãc uitã nõ mox ſũt coronati, ſed adhuc ꝑficere & creſcere op⁹ habebãt i purgatorio, hoc ẽ, i paradyſo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

SAlutem,& eam utriuſq; hoīs,ſed interioris plurimā &
ꝑfectā.Mādaſti per hūc Hēricū meū,ſi cominus eſſem
(quod eminus cōſtitutū nequis)diſputādo me ſanares.
Et reuera credo,quia ualde acutoꝝ ingenioꝝ diſputationi
bus gaudeo,ſemꝑ eñ uel diſco uel doceo,cum utriuſq; me
ſciam debitorē,ſapientū ut diſcā,diſcere cupientiū debitor
ſum quo doceā.Igit̃ diſputatiōis iter nos ſeminariū ſpargā.

Sapientib⁹ & inſipientib⁹ debitores ſumus.

Ecce hāc tibi meā ſub dñi abbatis arbitrio cauſam inten
to nō minus de purgatorio ꝙ̄ de indulgētijs.Iam dudū noſti
Ecce nūc argumēta produco. Primū,ꝙ uniuerſa ſcriptura
una copulatiua eſt,cui⁹ neceſſe eſt oēs partes ꝑ ſpm̄ſanctū
inſpiratas & ueras eſſe. Non eñ copulatiua uera,cuius uel
minima pars falſa eſt. Sed in hac tam lata copulatiua una
pars eſt ꝙ neceſſe eſt oēm legē ita impleri,ut nec apex nec
iota deſit.Perfecte igit̃ oēm ſcripturā diuinitus inſpiratā cō
pleri neceſſe eſt,ut nec apex nec iota deſit.Per eandē ſcrip
turā ſpūſſctūs per Paulū oēs nos deſpōdit exhibere uirginē
caſtā uni uiro Chriſto,non habentē maculā neq; rugā,neq;
aliqd huiuſmodi.Hāc aūt deſpōſationē nō Paulus,ſed ſpūs
ſctūs ꝑ Paulū deſpōdit,& tñ in ipō Paulo q̄diu in hac uita
fuit,nō perfectā in ſe reperit,ut nec apex nec iota deeſſet,ut
neq; maculā neq; rugā haberet.Cōfitet̃ eñ de ſe neſcire ſe
qd oret ut oportet. Magnū ergo iota,magnus apex deerat
ſcientiæ ſuæ, qñ in tertiū celū raptus,nō illā plenitudinem
ut ſciret qd orare oportebat.Et q̄diu hoc neſciuit nō potuit
orare ut oportebat.Vñ & infelicē ſeſe exclamabat dicens.
Quis me liberabit de corpore mortis huius.Qñ liberari &
libertatē poſtulat,adhuc ſeruitutē corruptionis & mortis in
gemiſcit,uanitati ſubiectus nō uolēs utpote quē ueritas hu
ius ſcientiæ nōdū liberauit.Seruus ergo adhuc erat reus in
legē ꝑfectæ libertatis.In cāticis ſpōſus nō iam deſpōſatā ꝑ

Tota ſcriptura una copulatiua ē,cui⁹ oēs partes ueras eē neceſſe eſt.

De impfectiōe ſancti Pauli etiā poſt raptū i tertiū celū.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ſponſalia de futuro,ſed ueris de preſenti ſponſalibus ſpōſam laudes ſpō
ſuā qui mentiri non poteſt,& cui ſpōſæ diſcredere nō licet ſę in canti-
ueris de p̄ſenti laudū titulis totiens ornat, pulchrā p̄dicans cis quibꝰ a
& inquiens, Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra ſponſo lau
colūba mea,formoſa mea,ſurge ꝓpera ueni. Item,Surge pro datur. I
pera amica mea,ſponſa mea, & ueni colūba mea in forami- II
nibus petræ,in cauerna macerię. Oſtende mihi faciem tuā,
ſonet em̄ uox tua dulcis in auribus meis,uox em̄ tua dulcis
& facies tua decora. Quę facies hæc decora,ut nec apex nec
iota deſit niſi interioris hoīs amātis. Et quę uox eius dulcis,
niſi canticū ueri & puri amoris,canticū dico canticoꝝ canē
tis,quod ſi nō uerū,nō purū & merū fuerit,falſo canticū can
ticoꝝ dicit. Itē p̄dicatur a ſolido laudatore & amatore ſuo III
aſcendere per deſertum ſicut uirgula fumi, ex aromatibus
myrrhæ & thuris,& uniuerſi pulueris pigmentarij.
Quarto dicit eam eſſe mōtem myrrhæ & collem thuris. Ite-
rum exclamans, ꝙ pulchra es amica mea ꝙ pulchra es.
Quinto, Tota pulchra es amica mea & macula nō eſt in te.
Sexto, dicit odorem ungentorum eius tranſcendere ſuper
omnia aromata. Septimo labia eius eſſe fauum diſtillantē.
Octauo,odorem ueſtimentoꝝ eius uelut odorem thuris &
incenſi ſuauiſſimi. Nono, pulchra es amica mea ſuauis &
decora ſicut Hieruſalē, terribilis ut caſtroꝝ acies ordinata.
Decimo, Vna colūba mea,perfecta mea,una matri ſuę ele-
cta genitrici ſuę. Vndecimo,Greſſus eius in calciamentis fi
liæ principis. Duodecimo. Q̄ pulchra es & ꝙ decora cariſſi
ma in delitijs, cuius illic odorem per ſingula recenſens lau
datur a capite uſqꝫ ad pedes.
¶Hæc ſponſi de ſponſa præconia a præceptis ſponſi præci- An Ap̄ri
pientis quotidie orare dimitti debita noſtra. Debitores er- & Marti-
go hic Petrus, Paulus,Ioannes,Iacobus frater dn̄i. Petrus nō res a corpe
recto pede incedēs ad ueritatē euangelij. Paulus etiā cum ſoluti mox corōati ſint

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

De imꝑfe/ctione apo/ſtolorũ ad/ĩtroitũ reg/ni.

omnibus primitias ſpũs aſſecutis, adhuc uanitati nõ uolens,
ſubiectus. Et Ioannes diſcipulus quẽ diligebat Ieſus pro ſe
& Apoſtolis omnibus cõfitetur. Si dixerimus quia peccatũ
non habemus, mendaces ſumus & ueritas in nobis non eſt.
Et Iacobus. In multis offendimus oẽs. Nullus igĩ his lau/
dibus cantici canticoꝝ a ſponſo cumulatus eſt. Cumulãdus
aũt qñq; tamen fuerit, ſicut hic ſponſa p̄dicatur. A libi ergo
nitorem hunc candorem & decorem ſponſa aſſecuta eſt. Eſt
igĩ nõ ſola hæc in corpore uita tota uia noſtra. Manifeſte
eñ ſpõſa nõ de patria fuit, qñ ipſa cõqueritur. Queſiui eũ,
& non inueni, uocaui & nõ reſpondit mihi. Qm̃ illic beata
ſponſa erit, ubi nemo conqueriĩ de non uiſo, de non inuẽto.
Nemo conqueritur quis mihi det te fratrem ut inueniam te
foris & deoſculer te. Illic enim beatæ nuptiæ ſunt, oſculo
oris ad os, non tam complexu ꝙ beata unione ſpũs unus.
In uia igitur erat poſt hanc uitã, Primo qdẽ purgãda a feno,
ſtipula & ligno per ardentem & exurentẽ ignem caritatis.
Poſtea pura caritate flagrãt donec ad ueras illas laudes ꝑfe/
ctę ſponſæ ex ore ueriſſimi & ſapientiſſimi ſponſi cumulata
& adhuc arbitrio ſponſi nõ inuenti, nõ reſpõdẽtis, ꝑfectus
amor eius in fratrẽ primogenitũ, ꝑfecta caritas i deũ loco &
manſione in domo patris digna haberetur. Nõ ergo Petrus
Paulus, Ioãnes, Iacobus, mox poſt hãc uitã his laudibꝰ digni
inuẽti ſũt, neq; prothomartyr Stephanus, neq; laureatus ille
Laurẽtius, neq; inclytus ille uictor Vincentius mox illa de
ſyderata & beata corona poſt mortẽ coronati ſunt. Sed licet
in ortu luciferi cõfirmati, ut retrocedere nõ poſſent, ſed ꝓ/
cedere tm̃, & in anteriora extendi, ut ad has ſponſæ laudes
creſcerẽt, p̄cioſa in cõſpectu dñi morte euocati ſunt, & quo
euocati, niſi ubi pollicitũ latroni comitem fore ſponſæ, ubi
Adam & Eua purgãdi, augẽdi, decorãdi, donec ꝑfectæ ſpõ/
ſæ fierent ſub magno amoris magiſtro, ſub magno ꝑfectam

An mar/tyres mox/poſt mortẽ/corõati ſint

nuptiarꝝ ſpōſo acceptāte. Paradyſus em̄ medius eſt inter debitores & cōphenſores. In uia igiť eſt, qm̄ non eſt ab extremo ad extremū, niſi per medium & mediatorē. His meis iaculis & argumētis acceptis, tu me diſputatiōibꝰ rogo ſanes. Quia reuera uelut vnctio mihi tua diſputatio, Age, viue, vale. Tuus Vveſſelus.

Paradyſus locꝰ purgatorius.

¶ De ſtatu animarꝝ, & quid ſit amare Ieſum.

MOrtui ī dn̄o, mortui ſūt p̄cioſa morte ī cōſpectu eiꝰ. II
Mortui in domino, præcioſiores in conſpectu dn̄i ꝗ̄
Adam & Euah in originali iuſticia. III
Mortuorꝝ in domino perfectior caritas paradyſo dignior ꝗ̄
originalis iuſticia. IIII
Mortuorꝝ in dn̄o confirmata caritas non cōmouebitur proſperis uel aduerſis. V
Mortui in dn̄o purgātur partes imaginis, quia temporibus
Apoſtolorꝝ baptiſabant pro mortuis. VI
Mortuorꝝ in dn̄o non mox oīm caritas perfecta. VII
Imperfecta caritas non conſtituit p̄fecte cor mundū. VIII
Quādiu nō eſt p̄fecta cordis mūdicia, nō uidebūt deū. IX
Semita iuſtorꝝ lux ſplēdēs & creſcēs uſqꝫ in p̄fectū diem. X
Splendente luce, creſcēte luce, dico ſapientiæ gloriæ & amoris, id mortuis in dn̄o purgari eſt. XI
Lux hæc ſplendēs, eadē quæ ſapiētię mgr̄ dn̄s Ieſus. XII
Huic luce conformari, huic exemplari per omnia ſimilem fieri, purgari eſt.

¶ Amor in dn̄m Ieſū, p̄pter ſalutē noſtrā, p̄pť iuſtificationē noſtrā, p̄pť btitudinē noſtrā, niſi ualde purgatꝰ fuerit, amor cōcupiſcētię ē, & pānus mēſtruatę, ſicut famelicꝰ lupꝰ amat agnū. Oportebit em̄ ſic amare, ut nihil nr̄m q̄ramꝰ niſi p̄pť deū. Et huic legi cōformari & accedere purgari eſt.

Amor concupiſcentię erga deum immundus

¶ Mortui in gr̄a meliore cōditiōe gr̄ę ſunt ꝗ̄ Adā ī paradyſo, quia cōfirmati ī gratia, ergo cū p̄fecta ſapiētia gl̄ia & ca

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ritate, ꝙ nulla creatura poteſt eos ſeparare a caritate dei quæ eſt in Chriſto Ieſu, ergo nullã creaturam ſeparãtem ti-mẽt, pfecte igiť cũ caritate dei ĩ Chriſto colligati ſũt, in quo ſunt oẽs theſauri ſapientię & glĩę & caritatis nobis interim abſcõditi, nõ illis q in dño mortui ſunt. Multũ beati q̃ theſauros illos dei uident creatoris in Chriſto Ieſu, q̃uis deum ipm non uideant, certi ꝙ aliqñ uidebunt.

¶ Qui nõ amat dñm noſtrũ Ieſũ Chriſtũ anathema ẽ. Sed q̄d eſt amare? niſi in mãdatis ei⁹ uelle nimis, nimis uelle qđ ille uult, & quia ille uult. Amauit Iacob Rachel, & pre amoris magnitudine ſeptẽ anni laborioſæ ſeruitutis, uidebãť ei dies pauci. Quid amare? niſi cor ſignatũ ſigillo cordis Ieſu, ut nihil cogitare poſſit niſi de illo. Iuxta illud. Pone me ut ſignaculũ ſup cor tuũ, ut nihil uelit, niſi quod ille, & omne quod ille & ſolũ ꝓpterea, quo cor Ieſu ſit ei ſigillũ, regula, cauſa, cardo, fructus, menſura & ſigillum immobile.

q̄d ſit amare Ieſum.

¶ Amor nõ expectat mãdatũ, Nõ em̃ amat q mãdatũ expectat, q ex mãdato opať. Difficili⁹ Magdalenę fuiſſet ociũ q̃ obſequiũ, difficili⁹ nõ ſeq, nõ cõpati, q̃ tollere crucẽ, q̃ ſimul crucifigi, Patet hoc de gallo in licori, &c̃, ꝙ ĩdign⁹ amor galli, q̃ virgili⁹ ĩ ægloga magnũ exẽplũ ſit digni amoris debiti.

Amor mandatũ nõ expectat,

¶ Non eſt uita niſi ĩ amore. Nec uita ſctã, niſi ĩ ſctõ amore, oportet ergo amare fratrẽ primogenitũ, & p fratrẽ primogenitũ reduci ad amorẽ pr̃is, quẽ niſi mũdo corde amemus, nõ uidebim⁹ faciẽ eius. Si nõ amat anathema eſt, ergo ut nõ ſit anathema, oportet ut amet. Euidẽter Ioãnes arguit uiã & caritatẽ dei p amorẽ fr̃nitatis, qñ inqt. Qui fratrẽ ſuũ quẽ uidet nõ diligit, deũ quẽ nõ uidet quõ põt diligere. Hęc argumẽtatio nõ potẽter cõuicit, niſi de fr̃e uiſo explic eť. Igiť ſi recipiať frater ille primogenit⁹ ĩ multis fr̃ib⁹ primogenit⁹ oĩm filioꝝ dei, rex & ſacerdos, & hoſtia, uictimę, primitię, decimę, pacificũ, ſacrificiũ, holocauſtũ, incẽſum, ſpõſus, amator, ueniens,

vita ĩ amore.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

pulſans,apparens,non receptus,non dilectus,non amatus,
quãq; talis a deo & ad tanta donatus,quõ deũ quẽ nõ ui/
det poteſt diligere? Sic eñ euidẽter cogit argumẽtatio. Et
quãto clarior ueritas, tãto charior & amplectenda caritas. De amore fraẽnitatis.

Fraternitatis amorẽ oportet habere, Amorẽ dico qualis
ac quãtus debet eſſe in talẽ tantũ fratrẽ primogenitũ,& ꝓp
ter fratrem primogenitũ tantus, ut ꝑ fratrib⁹ eius animam
ponam⁹. Imo tantus amor ſalutis & ſaluatoris,ut oẽm amo
rem nr̃i,amor Ieſu extinguat,añ nõ ſaluat populũ a pc̃tis.

Pauci homines neſciunt amorẽ uerũ etiã humanũ,quia
niſi ꝑ internã experientiã amoris amor nõ cognoſcitur.&c̃

Nullus hoĩm neſcit amorem dignũ primogeniti fratris.

Qui noſceret illi⁹ amoris dignitatẽ,ſemꝑ oraret quõ opor
teret,uſq; dum digne amaret.

Apoſtolus neſciuit quid oraret,quõ oportebat.

Nũquid abſq; purgatione huius ignorãtię Apl's intrauit?

Nũquid abſq; digno amore intrauit?

Nũquid oportuit ab indignitate illa amoris purgari? De purgatorio.

Et per quem purgantem,niſi per amantem & amoris ma
giſtrum & primum fraterni amoris exemplum.

Et quãto tꝑe purgantẽ? certo quãto uolet mgr̃ amoris. De loco & tꝑe purgationis.

Et ubi niſi congruentiſſimo loco purgandi amoris?

Et qs cõgruẽtiſſim⁹ locus? nõ celũ quo nihil ĩtrabit indig
num aut infirmũ & uanum.

Nõ carcer captiuoꝝ. Amor eñ libertate fouet̃ & creſcit.

Cõgruentiſſim⁹ igit̃ locus purgatiõi huic paradyſus ori Paradyſus locus purgationis.
ginali iuſticię dat⁹ a principio,ꝓmiſſus latroni,q cito pcio
ſa morte mortuus in dño,cõfirmatus inæternũ,nõ commo/
uẽdus retrorſum ad malũ,multo iam purgatior q̃ Adam &
Euah non confirmati in amore fraternitatis & caritate dei,
quoniã per amorẽ fraternitatis pyrgatũ uia eſt in caritatẽ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

luxta illud. Qui fratrem ſuum quem uidet non diligit, deū quem non uidet quō poteſt diligere?

Oportet igitur ſub magiſtro magno & primo amoris uiſo inſtitui ad perfectum amorem, deinde in caritatē nō uiſi dei. Vnde uidētes Ieſum in paradyſo, & oēs theſauros ſapientię gloriæ & caritatis in eo abſconditos nobis, adhuc uere ī uia ſunt, licet uere magnā & felicem uitam uiuant, quia uidētes fratrem primogenitū omnis creaturæ, beatiſſimā creaturā, creaturā adhuc tm̄ uidēt, ꝙdiu caritas in deū pfecta nō fuerit. Manifeſte em̄ Ioannes fratrē uiſū, a deo nō uiſo ſecernit.

Non poteſt ſolui ſcriptura ſacra, tota em̄ ſcriptura ſacra una copulatiua neceſſaria, quia falſa eſſe non poteſt minima contingens cathegorica in ea. Imo oportet impleri omnia legis, ut nec apex nec iota deſit. &c̄.

¶EPISTOLA eiuſdē de ſtudio & pietate querēdæ ueritatis. De fructu honeſtæ cōtentionis in paleſtra ueritatis. VVeſſelus fratri Ioanni Aemſtelredameñ. Salutem ī finē.

CRebrius intra me memor quō reſponſionē meā ad eā tuā dubitationē, de immediato tranſitu pro Chriſto morientiū, puta Stephani, Laurētij, acceperis, nō parū deſyderaui reſcire mētē tuā dulciſſime mi Ioānes. Deſyderio em̄ deſydero in paleſtra ueritatis apud intelligētes cōflictare, nō ſolū uincere, ſed & proficere & creſcere deſyderās. Qm̄ ueritatis cōflictus is eſt, quo uel uincēs, uel uictus utrobiꝗ proficio in libertatem filiorꝝ dei, Promiſſum em̄ ueritati ꝙ ſtantes in ea liberabit. Qm̄ hæc eſt cōtētio qua dn̄s Ieſus p̄cepit cōtendere ut intremus. Rogo igiť cōtendamꝰ uti cepimus querere ueritatē, neꝗ meis reſpōſionibus ita acqeſcas uolo, ut a motibus animi tui nondū ſatiſfactus requieſcas. Sed quicquid mouet oportunus importunus inſta & reſcribe, neꝗ tu ſolus, ſed & oēs qui tecū ſunt inſtent, qm̄ ea mihi fi-

de cōflictu ueritatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

ducia eſt, ꝙ qui ad ueritatem querendam ſiue duo ſiue tres cõgregati ſunt, ipſa uia, ipſa ueritas, ipſa uita, in medio congregatorꝝ erit. Et quõ in hoc loco caliginoſo cõgregatiores eſſe poſſumus ad ueritatẽ inquirendã, ꝙ̃ pia ueritatis inquiſitione & cõtẽtiõe. Promiſit capellanus in Advvert, ſi loco pariter cũ eo eſſem, ſola cõtẽtione me ſanaret. Supplico ſi ſanatũ uelitis, uos de mõte Agnetis crebro mecũ contendite, necꝫ deſiſtatis, niſi uel uictores, uel uicti, ueritatis cõfeſſionẽ oĩa lauantẽ extorqueatis. Quare etiã ꝓ ulteriori ſeminario fructuoſæ noſtrę cõtẽtionis, principiũ contentionis adortæ cũ capellano pro neceſſaria uiatoribus ꝑfectione per Henricum noſtrum tibi ruminandũ tranſmitto. Morde, mande, guſta, proba & reproba. Age uiue vale. Nota.

¶ Epiſtola eiuſdem M. VVeſſeli Groningeñ. ad M. Iacobum Hoeck Theologum. De ſtudio & pietate inquirende ueritatis, ſine pertinacia uoluntatis.

EX prima conferentia ſimul & bono inter bonos nomine tuo non parum gauiſus, gratulor ſyncerum ueritatis cultorem inueniſſe, præſertim tam dignanter ſpondentem ſemꝑ uelle ſcribenti mihi reſcribere. Gaudebam hoc accepto promiſſo, uelut antiquæ paleſtræ meæ cõperto gymnaſio. Non ꝙ me ut olim uanæ uerborꝝ contentiones delectent, ſed quia iam cõmutato ſanius conſilio, uel mihi, uel proximo ꝓficere ſperem. Accepi ex ore tuo nõnullis meis doctrinis te ſcandnlizatum, & ea re permotum, ſcripſiſſe de ſuper Coloniam. Necꝫ rephẽdo, cõmodius tñ & ad normã euangelicæ rectitudinis uicinius puto, ut me peccantem in te fratrem tuũ, primo inter te & me corripuiſſes, & ſic non audienti, duos uel tres fide & autoritate præſtantes teſtes

verborꝝ cõtentiões nõ amplius delectabant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

8110423

adhibuiſſes, & ſic demũ nõ audiẽtẽ denũciaſſes. Verũ quia neq; tu perſonã ex nõie denũciaſti, adhuc huic euangelicæ normæ locus ſaluus ſupereſt. Tuã egregie Magiſter noſter claram & famatam inter bonos uiros integrã ſynceritatẽ rogo & requiro, per eam etiã quã modo requirenti mihi fidẽ de ſemp ſcribenti reſcribẽdo dediſti & ultro ſpoſpondiſti obſecro, reſcribe, ſi quid ex meis dictis uſq; te offendit. Fateor, in multis aſſertionibus meis & crebro ſingularis inuenior, & ualde mihi de ſingularitate ſuſpectus nõ parũ errare formido. Sed quia rationes ad eas cõcluſiones me mouẽtes, ut mihi uidet ex fide & ſacra pagina ortũ habẽt. Parturio intra me & nõnũq; etiã foras prorumpo, ſperãs per te uel tui ſimiles & me ſapientiores uiros argui & corrigi. Nec ignoras quid ſit arguere & corrigere, Qm̃ efficaci & aperto argumẽto ad ueritatẽ reducere. Tu igit fratrẽ tuũ lucraberis, ſi me de meo peccato ſcãdaliſantẽ doceas. Nũq; pertinax fui, etiã in certaminib⁹ uanitatis. Magis aũt nũc erubeſcendũ puto apertam ueritatẽ inficiari. Circuiui multas vniuerſitates, & certamina querens, multos repperi cõtradictores, aliqñ etiã de fide ſcãdaliſatos, uerũ nũq; in ſcandalis dimiſſos, quia rationibus meis auditis, & perſpicaciter cõſyderatis, uel conſentientes, uel ſaltem nõ irrationabiles confitentes, quietos reddidi, ut nemo finaliter de me conquereretur.

[Margin notes:] Petit reſcribi i quo offenderit. — Quid ſit arguere & corrigere. — Petit doceri. — Per multas uniuerſitates certamina quęſiuit.

ΤΕΛΟΣ

Quod timet impius, ueniet ſuper eum, deſyderiũ ſuũ iuſtis dabitur. Prouer. x.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88

75/RA55

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 88